+QK314
.B6



Kenneth K. Mackenzie
Collection



10

GEORG. RVDOL. BOEHMERI
PHIL. ET MEDIC. DOCT.

FLORA LIPSIAE INDIGENA.

LIPSIAE.
Apud IOH. GOTHOFRED. DYCKIVM.
1750.

HQ 234
.B6

5620

Illustrissimo
atque
Excellentissimo
Domino
CHRISTIANO GOTTLIEB
S. R. I. Comiti
ab HOLZENDORFF
In Baerenstein, Straasgräbgen rel.
Sereniſſimi ac Potentiſſimi Regis, Sarmatarum Principis, Electoris Saxoniae Conſiliario intimo, Conſeſſus ſancti Ordinis, qui Dreſdae conſtitutus eſt, ſummi Praeſidi, Redituum publicorum Quaeſtori

Maecenati indulgentiſſimo,

Domino ſuo gratioſiſſimo.

Vt omnis egentium ſalus in magnis Viris, eorumque auctoritate poſita eſt, ſic nuda quoque,

omnique ſplendidiori ornatu deſtituta, quam cernis, Lipſienſis Flora, a TE, II LVSTRISSIME COMES, TVOque ſummo Patrocinio omnem tutelam et incolumitatem confidenter exoptat, atque demiſſo vultu efflagitat. Cum enim plantae fotu ſolis in primis indigeant, illoque excitatae felicia capiant incrementa, quid mirum, ſi et plantarum mater, Flora, TE, INDVLGENTISSIME DOMINE, velut benignum ſidus ſequatur, et a TE ſuſtentari tuerique cupiat. Et vnde majus nanciſci potuiſſet incrementum, quam a TE, MAECENAS GRATIOSISSIME, cujus tanta eſt auctoritas atque gloria; vnde ſplendidius lumen mutuari, quam

a TE

a TE, qui ampliſſimo virtutum theſauro inter mortales emines. Suſcipias itaque has, quas ſubmiſſiſſima mente offero, Florae Lipſienſis primitias, ſuſtineas TVO exoptatiſſimo Patrocinio TIBI deuotum et Florae addictum ILLVSTRISSIMI TVI NOMINIS cultorem, qui, ita vt Flora, ſub TVIS auſpiciis vitam felicem tranſigere cupit. Deum Ter Optimum Maximum ſupplex veneror, vt TE, cujus felicitati publica ſalus, Patriae integritas, Religionis ſanctitas, GENTIS TVAE ILLVSTRISSIMAE ſplendor, Scientiarum et hujus Almae Matris incrementum firmiter atque ſecure innituntur, ſempiterna et immortali glo-

ria florentem, perpetua firmaque incolumitate exornatum quam diutissime seruet ac tueatur.

Tanti Nominis

Dabam
Lipsiae A. C. N.
MDCCL.
Mens. Octobr.

devotissimus Cliens
Georgius Rudolphus
Boehmerus.

Rei Herbariae Cultoribus S. P.

Dum Vobis, humaniſſimi Commilitones, methodicam plantarum, quae prope Lipſiam ſponte creſcunt, diſpoſitionem offero, quaedam vt praemoneam, et conſuetudo et ipſa operis ratio exigunt. Praeter id enim, quod libri deſcriptionem in ipſo ſtatim praefamine quaerant plerique lectorum, diu jam inualuit ille mos, vt memoria eorum recolatur, qui ante nos eandem operam ſuſceperunt, eundemque, quem nunc ingredimur, campum emenſi ſunt; Et recte quidem praedicantur illorum merita, quorum veſtigiis nos inſiſtentes, facilius rem noſtram peragimus, poſteri vero ad noua inuenienda laudabili eorum exemplo incitantur.

Cum in eo eſſem, vt indicem auctorum, qui praeterito tempore patrias noſtras plantas deſcriptas nobis reliquerunt, colligerem, quem jure meritoque huc referrem, deprehendi nullum. Haud enim opus eſſe arbitror, vt de CHRISTIANI LVDOVICI WELSCHII et PAVLI AMMANNI, Lipſienſium olim Profeſſorum ſcriptis quaedam commemorem. Variae equidem ſunt ſpontaneae plantae, quas illi in ſuis libris annotarunt, ita tamen, vt difficulter admodum ab aliis exoticis diſtingui queant, in primis cum ſpecifica, ab ipſis vſurpata, nomina nullam ipſarum plantarum ideam nobis ſuppeditent, exiguamque horum, cele-

celebrium alias Medicorum, in re herbaria peritiam facile prodant.

Anno MDCC XXVI. DAVID WIPACHERVS, Medicinae Doctor et Practicus, Floram Lipsiensem edidit, quam vero ita compositam inueni, vt huc referri vix possit. Pauperrima enim illa est, et omnibus iis, quae minimae dicuntur, destituitur plantis, earum praeterea, quae ibi recensitae inueniuntur, nomina ita obscura et imperfecta exhibet, vt quasnam plantas iisdem indigitare voluerit auctor, et me et alios quoque latere, confiteri debeamus. Vnde et id forte euenturum praevidimus, vt alii me varias stirpes neglexisse autument, quae tamen ab ipso illo Viro jamjam notatae inueniantur.

Flora Ienensis, quam celebris satis Botanicus, HENRICVS BERNHARDVS RVPPIVS, et ipse et post ejus fata alii euulgarunt, plurimas in nostris confiniis progerminantes plantas continet, exiguus vero earum est numerus, quarum natale solum notatum sit.

AVGVSTINVS FRIDERICVS WALTHERVS ab illo tempore, quo hortum pro colligendis plantis singulari studio multisque sumtibus instrueret, permultas ex indigenis nostris ipsi inseruit, ita vt in ditissimi horti catalogo, quem An. MDCCXXXVI. publici juris fecit, non tantum rarissimae exterarum regionum, verum germanici quoque, et Lipsienses in primis soli plantae haud paucae contineantur; insignem tamen indigenarum numerum, et illarum

larum praecipue, quae in hortis viuere et coli nequeunt, in eodem adhuc desiderare, perlustranti facile apparebit.

LVDOVICVS IVNGERMANNVS, qui Lipsiam patriam nactus, olim in Academia Altorfina Medicinam professus est, praeter Catalogum plantarum prope Altorfinum crescentium et Giessensem Floram, quae typis exscripta prostant, si IOH. IAC. BAIERO in Biographia Professorum Medicinae, quae in Academia Altorfina vixerunt, fides est habenda, Lipsiense quoque Viridarium composuit, quod tamen nondum expressum, forte in Bibliotheca Altorfina asseruatur. Hunc indicem perlustrandi cum nulla, etsi omnem adhibuerim operam, mihi enata fuerit opportunitas, meum quoque de eodem judicium vt omittam, necesse est; ex BAIERI vero recensione cognovi, DCCC fere plantarum enarrationem alphabeticam, et singulares, tam de differentiis et characteribus stirpium, quam de virtutibus obseruationes, et loca tandem plantarum natalia in eadem descripta, inueniri. Et hujus Viri in rem herbariam et Lipsiensem insimul Floram merita magni certe aestimanda sunt. Tanta enim erat ejus in hoc rerum genere peritia, tanta erga se ipsum fiducia, vt coelibem, quam traduxit, vitam tunc se mutare velle professus sit, quando quis incognitam ipsi plantam proponeret.

Verum ne quicquam taceam eorum, quae animum mihi ad opus peragendum indide-

runt,

runt, meosque conatus subleuarunt, illorum quoque celeberrimorum Virorum in Lipsienses plantas merita collaudanda veniunt, qui etsi non descriptas illas cum rei herbariae cupidis communicauerint, singulari tamen studio easdem et collegerunt et examinarunt.

IOHANNES ERNESTVS HEBENSTREITIVS, Magnificus ordinis medici apud nos Decanus, ante viginti et plures jam annos nostrum solum multo indefessoque labore peragrauit, plantas in eo prouenientes disquisivit, et auditoribus suis pro ea, quae ipsi assidet, solertia atque fidelitate, notiores reddere allaborauit.

Indefessum hunc rei medicae atque Botanices curatorem strenui secuti sunt laborum comites, CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIGIVS, et IOHANNES GOTTLIEB GLEDITSCHIVS, quorum vterque per multos annos, et duce HEBENSTREITIO, et ipsi duces Lipsienſem terram perlustrarunt, plantas collegerunt, collectasque eum potissimum in finem disquisiuerunt, quo illae in ordinem dispositae prelo aliquando submitti possent. Cum vero inceptum laborem celeberrimi hi Viri ob alia grauioraque, quibus detinebantur, negotia iterum relinquerent, ipse opus suscepi, quod nunc ad finem perductum vobiscum, Commilitones, communico. Et id quidem suasu atque consilio celeberrimi LVDWIGII factum esse, non est cur taceam, vtpote quem per septem integros annos praeceptorem habui

bui dexterrimum, qui me, vt in aliis scientiis, ita in illa in primis, quae rem herbariam spectat, doctrina fideliter erudiuit, et monitis aeque ac proprio illustrique suo exemplo ad plantas accuratius disquirendas excitauit saepissime. Illo enim jam tempore, quo WALTHERVS adhuc in viuis esset, ejus cura factum est, vt illius instructissimum et exoticis in primis plantis diuitem hortum intrare, florentesque plantas et colligere et examinare mihi liceret. Mortuo vero ante quatuor annos WALTHERO, cum illud viridarium LVDWIGIO concederetur, aliquam ejusdem curam meae industriae commisit, vt plantas in eodem enutritas Commilitonibus exhiberem, iisque notiores redderem, permisit, eximiam denique Botanicorum scriptorum bibliothecam in meos vsus vt conuerterem, beneuole concessit. Pro quo singulari fauore et praestito in colligendis nostris plantis auxilio grates illi decerno obstrictas, et nihil eorum me intermissurum spondeo, quo, vt integra semper et illibata persistat horti botanici gloria et noua indies augmenta capiat, a meis viribus meoque inseruiendi studio expectari vnquam poterunt.

Celeberrimo vero GLEDITSCHIO debitae quoque tribuendae sunt laudes. Is enim non eo tantum tempore, quo Lipsiae commoraretur, syluas, campos, arua, montes aliaque patriae vrbi vicina loca stirpium cognoscendarum caussa sedulo perlustrauit, sed etiam dum Berolinensis medicus hortus ejus curae committe-

mitteretur, denuo reiteratisque itineribus, cujus temporis laetus recordor, noſtram floram inuiſit, et ejus diuitias eum in finem collegit, quo inde Berolinenſe viridarium amplificaret. Hujus itaque induſtrii Viri in cognoſcendis noſtris plantis peritia cum mihi ſatis ſuperque nota eſſet, ejus humanitate fretus illum adii, et meum jam abſolutum libellum eidem tradidi, rogans vt ea, quae a ſe de hoc argumento obſeruata eſſent, adponat, et beneuole mecum communicet. Id quod ab ipſo poſtulabam dexterrime quoque peregit. Permulta enim et ea in primis, quae ad Graminum, Muſcorum et Fungorum hiſtoriam pertinent, ex ſchedis praeſtantiſſimi hujus Viri collegi, nouamque, ab ipſo elaboratam, plantarum, quae Epiphylloſpermae plerumque vocantur, methodum huic libello inſerui, ita tamen, vt omnia, quae ab ipſo accepi, ejus nomine praefixo ſedulo notarem, nec alia, quam quae mea ſunt, mihi tribuerem. Pro hoc itaque praeclari beneuolentiae et in patrias plantas exhibito amoris documento non modo me ipſum, ſed alios quoque herbariae rei cultores GLEDITSCHIO maximas debere grates profitemur.

Hiſce peractis breuiter nunc de ipſo libello dicendum eſt. In colligenda Lipſienſi Flora non opus eſſe credidi, vt ipſum illud Miſniae decus, dilectiſſimam Lipſiam deſcribamus, et ejus exteriora ac circumjacentia loca, ſitum, regionem, campos, prata, frondoſaque nemora

mora contemplemur, vt tandem fluentes ſtagnantesque aquas atque paludes peculiari oratione proſequamur. Praeter id enim, quod geographica ejusmodi tractatio a re noſtra aliena eſſe videatur, ea quoque omnia, quae commemoranda hic eſſent, a celeberrimo CHRISTIANO MICHAELE ADOLPHI in diſſertatione, quae de aere, ſolo, aquis et locis Lipſienſibus inſcribitur, ſatis ſuperque pertractata inueniuntur.

Illarum itaque, quae intra vnius milliaris ab vrbe diſtantiam generantur, et quae a nobis continuata per nouem annos induſtria obſervatae fuerunt, plantarum indicem compoſui, ita vt ſponte creſcentes plantas omnes conquirerem, alias vero hic locorum vel nunquam progerminantes, exoticas, vel in hortis tantum cultas ſtudioſe omitterem. Illis tamen, quae, licet ad indigenas proprie non pertineant, noſtris tamen terris quam maxime familiares, in ciuitatem quaſi receptae ſunt, exinde quod quotannis iterum conſpiciantur, hinc ab indigenis ſeparari vix poſſint, locum in hoc libello concedendum eſſe putaui.

De ordine, ſecundum quem haſce plantas diſponerem, diu multumque dubius fui. Multae enim illae diuerſaeque, a variis hactenus Botanicis excogitatae, ſtirpium methodi, quamuis ſuis non deſtituantur commodis, plantis potius ordinandis egregie conueniant, nonnulla tamen retinent momenta, quae artis in primis

primis tyronibus paulo difficiliora et videri possunt, et si verum fateri decet, ardua admodum inueniuntur. Illam tandem, quam LVDWIGIVS in noua definitionum plantarum editione proposuit, vegetabilia examinandi normam, vt facillimam, reliquis praeferendam esse existimaui. Quamuis enim, vt in omni historiae naturalis parte, sic in vegetabilium quoque historia omnes huc vsque excogitatae methodi ita sint comparatae, vt aliquas, ne dicam multas, saepius admittant anomalias atque exceptiones, alia tamen ratio subest, quae Ludwigianam methodum retinendam suaderet. Laudati nimirum hujus Viri Institutiones regni vegetabilis Commilitonibus omni aestate fusiori oratione explico, methodum in illis ipsis propositam notiorem iis reddo, florentesque plantas ad ipsius normam examino. Consuetudini itaque et hic aliquid dandum erat, exinde, quod instituta haec plantarum dispositio et mihi et Auditoribus quam maxime cognita et perspecta jam esset.

Assumsi ergo Ludwigianam methodum, generum nomina, quae ab ipso adhibita fuerunt, retinui, et ipsam generis definitionem semper citaui, species vnicuique generi subjunxi, hisque recentiorum nomina, quae ipsam plantam ab adfinibus distinguunt, et a LINNAEO in primis, ROYENO atque HALLERO constructa fuerunt, adposui, nonnunquam, vbi factu id opus erat, noua ipseme constitui.

Sed

CLASSIS I.

Plantae flore perfecto, ſimplici, monopetalo, regulari.

I. DIANTHERAE. *MONOSTYLAE.*

LILAC. D. G. 1.

1. Lilac foliis cordatis.
   Lilac *Matth. 854. ic. b. Tourn. 601. Boerh. II. 221.*
   Syringa Luſitanica *Tab. 1457. ic. Matth.*
   Syringa coerulea *C. B. P. 398.*
   Syringa foliis lanceolatis cordatis *Linn. Cliff. 6. Roy. 397.*
   Var. Lilac flore albo *Boerh.*
   Spaniſcher Holunder, Huck auf die Magd.
   In hortis ubique et ad ſepes frequens, floret Majo, frutex et arbor.

LIGVSTRVM. D. G. 5.

2. Liguſtrum *Matth. 153. Tab. 1454. ic. ead. I. B. I. b. 528. Tourn. 596. Boerh. II. 215. Linn. Cliff. 6. Roy. 398. Hall. 527.*
   Liguſtrum germanicum *C. B. P. 475.*
   Phillyrea *Dod. 763. folia anguſtiora.*

Beinhülzen, *Mundholtz*, *Reinweiden*.

Ad ſepes frequens, *um das Brandvorwerck*, viget Iunio, baccae maturantur autumno, frutex.

Pigmentum coeruleum inde parari *Tragus* habet, ex baccis atramentum confici *Linnaeus*.

II. TRIANTHERA.

MONOSTYLA.

IRIS D. G. 8.

3. Iris laciniis corollae interioribus ſtigmate breuioribus.

Iris paluſtris lutea *Tab. 1032. ic. Matth. I. B. II. 732. Tourn. 360.*

Iris foliis enſiformibus, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus *Linn. Cliff. 19. Roy. 18.*

Iris imberbis lutea, neruo folii eminente *Hall. 281. Gmel. I. 31.*

Pſeudo-acorus *Matth. 21. bene.*

Acorus adulterinus *C. B. P. 34. Th. 633.*

Gelbe Waſſerlilien, *Drachenwurz*, *Waſſerſchwertel*.

In foſſis et locis paludoſis *auf den Roſenthaler Wieſen bey Pfaffendorff*, floret Majo, perennis.

4. Iris corollis barbatis, caule foliis longiore, multifloro. *Linn. Cliff. 18. Roy. 17. Hall. 280.*

Iris ſylueſtris *Matth. 17. Tab. 1036. ead.*

Iris vulgaris germanica *C. B. P. 30. Th. 571. ic. Matth. I. B. II. 709.*

Schwertel, *blaue Lilien*.

In pratis vliginoſis rarius *zwiſchen Lindenau und Leitſch*. Maj. Iun. perennis.

Viridis ex flore conficitur color. Planta, dum in hortis colitur, cultura ſpecioſior redditur.

5. Iris

5. Iris - - - - -

Iris minor ſ. tenuifolia *Dod. 246.*

Iris pratenſis anguſtifolia humilior *C. B. P. 32. Th. 599. ic. Dod. Hall. 281.*

Iisdem natalibus *auf den Wieſen im Roſenthale*, et copioſe in pratis *zwiſchen Groſs Zſchocher und dem Walde.* Maj. Iun. perennis.

III. TETRANTHERAE.

A. MONOSTYLAE.

APARINE. D. G. 10.

6. Aparine foliis lanceolatis, ſemine aſpero.

Aparine *Matth. 590. Dod. 350. I. B. III. b. 713.*

Aparine vulgaris *C. B. P. 334. Boerh. I. 150.*

Aparine foliis lanceolatis *Linn. Cliff. 34.*

Aparine foliis lanceolatis acuminatis ſcaberrimis, corollis fructu minoribus *Roy. 455. Linn. Fl. Suec. 120.*

Galium caulis angulis foliique ora et neruo ſerratis, fructu hiſpido *Hall. 459.*

Klebrich, Klebkraut, Zaunreiſs.

Ad ſepes et dumeta frequens *im Roſenthale*, floret Majo, annua.

Hallerus ad Gallium refert, quia ſemina aſperiora characterem genericum haud efficere exiſtimat, cum ſucceſſiue in hirſuta et laeuia mutentur.

Aparine ſemine coriandri ſaccharato *Boerh.* quam varietatem modo eſſe ſcribit *Linnaeus* in *H. Cliff.* differt omnino ſeminibus tuberculata ſuperficie praeditis, et videtur genuina hujus generis ſpecies, licet eandem in *H. Vſp.* toto genere ſeparauerit et ad Valantiam retulerit. Hermaphroditos vero et maſculos flores nunquam obſeruauimus.

GALLIVM. D. G. II.

7. Gallium foliis quaternis, floribus in alis confertis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257. Hall. 462.*

Gallium latifolium, Cruciata quibusdam, flore luteo *I. B. III. b. 717.*

Cruciata *Dod. 353.*

Cruciata hirsuta *C. B. P. 335. Morif. III. 328. f. 9. t. 29. f. 1. ic. b. Tourn. 115.*

Valantia floribus masculis quadrifidis, pedunculis diphyllis *Linn. H. Vpf. 303.*

Meyerkraut, gülden Waldmeister, gelb Creutzkraut.

In dumetis et ad sepes frequens *auf dem Gickerlingsberge*, floret Aprili, Majo, perennis.

Linnaeus in Generum editione prima Cruciatam ad Gallium refert, in altera vero Valantiam et Cruciatam *Tourn.* conjungit et a Gallio distinguit, quia mares et hermaphroditos flores adesse existimat. Ast, licet adsint masculi, illos a nimia flosculorum copia et hinc deficiente succo nutritio oriri, autumamus, ita vt semen in quibusdam modo appareat imperfectum.

8. Gallium foliis octonis, graciliſſimis confertiſſimis, spica flaua caulem terminante *Hall. 461.*

Galion *Matth. 792. optime.*

Gallium *I. Tab. 432. ead.*

Gallium verum *I. B. III. b. 720.*

Gallium luteum *C B. P. 335. Boerh. I. 148.*

Galium caule erecto, foliis plurimis verticillatis linearibus *Linn. Fl. Lapp. 61.*

Galium foliis plurimis linearibus, ramis floriferis breuioribus *Linn. Cliff. 34. Roy. 256.*

Labkraut,

Labkraut, Waldſtroh, unſer Frauen Bettſtroh, Meyerkraut.

In pratis et ad vias frequens, floret aeſtate, perennis.

Admiſtam lac ſeparare et hinc Galium veteres dixiſſe, auctor eſt *Dodonaeus 351.*

9. Gallium caulibus diffuſis, foliis quaternis verticillatis *Linn. Fl. Lapp. 59. Roy. 257.*

Gallium paluſtre album *C. B. P. 335.*

Galium altiſſimum, foliis quaternis obtuſis *Hall. 461.*

Galium foliis quaternis, obuerſe ouatis inaequalibus, caulibus diffuſis *Linn. Fl. Suec. 119.*

Cnm praecedente.

Ruppius ad Aſperulam retulit, cum autem corolla tubo cylindrico deſtituatur, ab illa diſtingui debet. *Tournefortius* Cruciatam dixit, charactere a foliis deſumto, fructificationis enim partes eaedem ſunt.

10. Gallium caule erecto, foliis quaternis verticillatis lanceolatis trinerueis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257. Hall. 459.*

Rubia erecta quadrifolia *I. B. III. b. 716.*

Rubia pratenſis laeuis acutis foliis *C. B. P. 333 Pr. 145.*

Cruciata glabra folio neruoſo flore lacteo *Boerh. I. 148.*

In pratis paſſim, floret Maj. Iun. annua.

11. Gallium caule quadrangulo, foliis octonis glabris acuminatis *Hall. 461.*

Galium foliis plurimis acutis, caule flaccido, ramis patentiſſimis *Linn. Cliff. 34. Roy. 257.*

Rubia ſylueſtris *Matth. 659. ic. b. Tab. 1178. ead.*

Rubia anguloſa aſpera *I. B. III. b. 715.*

Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium *C. B. P. 334.*

In pratis et ad ſepes paſſim, Iun. Iul. perennis.

12. Gallium - - - - - -

Gallium altiſſimum montanum foliis anguſtis albicantibus *Rupp. 5.*

An Gallium ſaxatile glauco folio *Bocc. Muſ. t. 116.*

In ſyluis montoſis, *in Bienitz auf dem Hügel* floret Iun. Iul. perennis.

Hallerus varietatem Galii foliis ſenis vel nouenis ſubaſperis ſpinula terminatis *p. 460.* eſſe tradit, differt tamen caule erecto, praealto, ramorum vim vix ſuſtinente, foliis durioribus, ſplendentibus.

Hujus vera deſideratur icon.

13. Gallium - - - - - -

Gallium album latifolium ſyluaticum *Rupp. 4.*

Mollugo *Cluſ. Hiſt. CLXXVI. pulchre.*

Mollugo montana latifolia ramoſa *C. B. P. 334.*

Cum praecedente, et *im Roſenthale, Univerſitæts Holze*, floret Iunio, perennis.

An Matriſylua vera ſit, ſiue Hepatica ſtellata duditat *Ruppius*, licet hoc nomine in officinis aſſervetur.

ASPERVLA. D. G. 13.

14. Aſperula foliis ſenis, ſemine dentato.

Aſperula coerulea repens *Boerh. I. 149.*

Rubeola aruenſis repens coerulea *C. B. P. 334. Pr. 145.*

Sherardia *Dill. Giſſ. app. 96. f. 3. Linn. Cliff. 33. Roy. 257. Hall. 457.*

In agris cultis *bey Golitz*, floret Iul. Aug. annua.

Modo florendi cum Aſperulis conuenit, differt modo ſemine in ſummitate coronato vel dentato; ſaepe flore purpuraſcente variat.

15. Aſperula

15. Aſperula foliis pluribus, floribus ſeſſilibus *Linn. Cliff. 33. Roy. 255.*
Aſperula coerulea aruenſis *C. B. P. 339.*
Aſperula coerulea erecta *Boerh. I. 149.*
Aſperula foliis ſenis longis et obtuſis *Hall. 457.*
Rubia coerulea erectior elatiorue *I. B. III. b. 719.*
In agris et aruis *hinter dem Gickerlingsberge*, Majo, annua.

SANGVISORBA. D.G. 19.

16. Sanguiſorba tetranthera, foliolis cordatis, ſpica breui.
Sanguiſorba major *Tab. 316. ic. Matth.*
Sanguiſorba major flore ſpadiceo *I. B. III. b. 120.*
Sanguiſorba ſpicis ouatis *Linn. Cliff. 37. Roy. 240.*
Pimpinella ſanguiſorba major *Matth. 729. C. B. P. 160. Moriſ. III. 264. ſ. 18. t. 18. f. 7. bene. Tourn. 156.*
Pimpinella tetraſtemon, foliis oblonge cordatis, ſpica breui *Hall. 469.*
Bluttröpfgen, *Sperbenkraut.*
In pratis frequens, *nach dem Kuhthurne*, floret aeſtate, perennis.

17. Sanguiſorba polyanthera, foliolis ouatis, ſpica breui.
Sanguiſorba minor *Tab. 316. ic. Matth. I. B. III. b. 116.*
Pimpinella ſanguiſorba minor *Matth. 730. bene.*
Pimpinella ſanguiſorba minor hirſuta *C. B. P. 160. Tourn. 157. Boerh. II. 99.*
Pimpinella polyſtemon, pinnis ouatis ſerratis, ſpica breui *Hall. 470.*
Poterium inerme *Linn. Cliff. 446.* filamentis longiſſimis *Roy. 240.*
Var. Pimpinella ſanguiſorba minor laeuis *C. B. P.*

In montosis asperis, inprimis varietas olim frequens inuenta fuit *in der Grube bey Meckern*, floret aestate, perennis.

PLANTAGO. D.G. 22.

18. Plantago foliis ouatis glabris *Linn. Cliff. 36. Roy. 401. Hall. 472.*

Plantago major *Matth. 375. Tab. 1107. Dod. 107.*

Plantago major folio glabro non laciniato *I. B. III. b. 502.*

Plantago latifolia glabra *C. B. P. 189. Morif. III. 258. f. 8. t. 15. f. 2. Tourn. 126.*

Plantago scapo spicato, foliis ouatis *Linn. Fl. Lapp. 62.*

Wegerich, Wegebreit.

Vbique ad vias, floret aestate, perennis.

Mire variat haec species quoad magnitudinem; vidimus perfectam plantam vngue breuiorem, vidimus quoque eandem caule maxime exsurgente, prior in aridis, posterior in pinguibus locis deprehenditur. Folia, dum pumila est, integerrima, major vero serrata obtinet. Sinuatus foliorum margo non semper idem, sed varius deprehenditur.

19. Plantago foliis lanceolatis, spica subouata *Linn. Cliff. 36. Roy. 401. Hall. 471.*

Plantago longa *Matth. 376.*

Plantago lanceolata *Tab. 1111. ic. Matth. I. B. III. b. 505.*

Plantago angustifolia major *C. B. P. 189. Morif. III. 259. f. 8. t. 15. f. 9. Tourn. 127. Boerh. II. 100.*

Var. Plantago angustifolia minor *C. B. P.*

Cum praecedente.

Varietas in aridis syluarum locis obuia *Linnaeo* in *Fl. Suec. 125.* species singularis est, et Plantago foliis lanceolatis longitudine scapi, spica oblonga dicitur.

Verum

Verum folia pilosa et radix vertice lanata non ejusmodi characteres sunt, qui speciem plantae definiunt. *Wachendorffius H. Vltr. p. 25.* quoque praecedentis varietatem esse existimat.

B. DISTYLA.

CVSCVTA. D. G. 26.

20. Cuscuta *Matth. 879.*
Cuscuta major *C. B. P. 219. Tourn. 652.*
Cuscuta nuda repens filiformis *Linn. Fl. Suec. 138.*
Cassutha *Tab. 1302. ic. Matth. Dod. 545. bene. I. B. III. 266.*
Var. Cuscuta minor *Tourn.*
Flachsseide, Frauenhaar.

Variis plantis, vt Vrticae, Lupulo, Lino plurimis in locis adnascitur, hinc varia nomina, quorum maxime solemne est Epithymum, siue Cuscuta Thymo adnata. Podagra Lini *Caesalpino* dicitur. Floret Majo, Iunio, annua.

Sine foliis crescit, nec hactenus radix, neque ejus in terra vestigia reperta fuere, licet ex semine proprio atque deciduo progerminet. Hinc probabile videtur, euolutam atque paululum auctam plantam sua radice destitui, et ex plantis, quas scandendo amplectitur, succos suos haurire. Qua de causa etiam partium elementarium mixtionem variare deprehendimus, pro plantarum indole diuersa. Cuscutam Majoranae, Maro Syriaco, Chamaedri adnatam, harum plantarum specifico fragrantique odore et sapore insignem saepius collegit *Cel. Gleditschius.*

IV. PENTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

BORRAGO. D. G. 31.

21. Borrago foliis omnibus alternis, calycibus patentibus *Linn. H. Vpſ. 34.*
Borrago *Tab. 801. ic. Matth. Dod. 616.*
Borrago hortenſis *Moriſ. III. 437. ſ. 11. t. 26. f. 1.*
Borrago floribus coeruleis *I. B. III. b. 574. Tourn. 133. Boerh. I. 138.*
Borrago calycibus patentibus *Linn. Cliff. 44. Roy. 403. Hall. 524.*
Bugloſſum ſiue Borrago *Matth. 825.*
Bugloſſum latifolium, Borrago *C. B. P. 256.*
Var. Borrago flore albo *Tourn.*
Borragen, Borretſch, Wohlgemuth.

Licet non ſit indigena, ſaepe tamen inuenitur, vbi purgamenta hortorum reiiciuntur, vt *im Poeten-Gange*, floret Iun. Iul. annua.

De ſuperſtitioſa febres curandi ratione, Borragine vid. *Tabernaemontanus.*

BVGLOSSVM. D. G. 32.

22. Bugloſſum floribus longe ſpicatis *Hall. 523.*
Bugloſſum vulgare *Matth. 825.*
Bugloſſum anguſtifolium majus *C. B. P. 256.*
Bugloſſa vulgaris *Tab. 803. Dod. 617.*
Anchuſa foliis lanceolatis, ſpicis imbricatis ſecundis *Linn. Cliff. 46. Roy. 406.*
Var. Bugloſſum anguſtifolium majus flore albo *Tourn.*
Ochſenzunge.

In pratis, ſed rarius *auf der Funckenburg*, Majo, Iunio, biennis.

23. Bugloſ-

23. Buglossum floribus alaribus, radice rubra.

Lithospermum aruense radice rubra *C. B. P. 258. Linn. Fl. Lapp. 73.*

Lithospermum seminibus rugosis, corollis vix calycem superantibus *Linn. Cliff. 46. Roy. 405. Hall. 518.*

Anchusa aruensis minor facie Milii solis *Tab. 1233. ic. b.*

Echioides flore albo *Riv. mon. optime.*

Schminkwurzel.

In aruis et inter segetes, floret April. Maj. Octobri quandoque refloret, annua.

Puellas elegantiae formae studiosas in Norlandia radices recentes leuiter lotas, loco cosmetici adhibere refert *Linnaeus.*

Cum Buglosso in omnibus conuenit, non irregularem florem habet, neque ad Echioidem pertinere, ostendit *Dillenius*, a Lithospermo differt seminibus rugosis.

24. Buglossum foliis lingulatis sinuatis, tubo floris inflexo.

Buglossum sylueſtre minus *C. B. P. 256. Tourn. 134.*

Buglossa sylueſtris *Dod. 617.*

Echioides *Riv. mon. pulchre.*

Lycopsis foliis lanceolatis, calycibus fructuum erectis *Linn. Cliff. 44. Roy. 404.*

Lycopsis foliis lingulatis sinuatis, coeruleo flore *Hall. 523.*

In agris arenosis et oleraceis, aestate tota floret, annua.

CYNOGLOSSVM. D. G. 33.

25. Cynoglossum foliis amplexicaulibus lingulatis mollibus hirsutis *Hall. 521.*

Cynoglossum vulgare *Matth. 827. ic. b.*

Cynoglos-

Cynogloſſum vulgare majus *C. B. P. 257. Boerh. I. 192.*

Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis *Linn. Cliff. 47.*

Cynogloſſum foliis ouato lanceolatis, corollis calycem aequantibus *Roy. 406.*

Hundszunge.

Um Gunnewitz et circa pagos plures interdum, Iulio, biennis.

Odor plantae narcoticus.

26. Cynogloſſum foliis anguſtius petiolatis hirſutis ſubaſperis *Hall. 522.*

Cynogloſſum montanum virenti folio majori flore *Tourn. 139.*

Cynogloſſa folio virenti *I. B. III. 600.*

Cynogloſſa media altera flore rubro *Col. Ecphr. I. 175.*

An dem Damme bey dem Gunnewitzer Teiche. A praecedente differt habitu duriore, viridibus foliis, hirſutis, neque mollibus.

27. Cynogloſſum foliis lingulatis hirſutis ſubaſperis, floris minimi tubo longiore *Hall. 521.*

Cynogloſſum minus *C. B. P. 257. I. B. III. 600. Boerh. I. 192.*

Heliotropium minus tertium *Tab. 938. ic. h.*

Lappula *Rivini Rupp. 12.*

Lithoſpermum ſeminibus echinatis *Linn. Cliff. 46. Roy. 405.*

Myoſotis ſeminibus aculeis triglochidibus *Linn. Fl. Suec. 150.*

Ad ſepes vt *bey der Leim-Grube*, floret aeſtate, annua.

Ob

Ob semina lappacea inter Buglossa referri nequit, neque nouum inde genus debet constitui, licet eadem longioribus et tenuioribus aculeis, quam in aliis Cynoglossae speciebus armata sint, neque ad Lithospermum pertinet. Hoc enim semina leuia habet, essentia vero Cynoglossi in semine echinato consistit.

SYMPHYTVM. D. G. 35.

28. Symphitum foliis ouato lanceolatis, caule alato *Hall. 514.*

Symphitum majus s. Consolida major *Matth. 683. bene. C. B. P. 259. I. B. III. b. 593.*

Symphitum siue Consolida major flore albo, quae foemina *Tourn. 138. Boerh. I. 195.*

Symphitum foliis ouato lanceolatis *Linn. Cliff. 47. Roy. 407.*

Walwurtz, Schwartzwurtz.

Amat loca humida et pinguia prata *auf den Golitzer Wiesen*, floret Maj. Iun. perennis.

Consolida major dicitur pharmaceutis, estque ob copiosam mucilaginem incrassans.

Symphitum flore purpureo saltem est varietas, nondum enim constat, quid sit Symphitum radice tuberosa *Matth. 683.* Miror, *Linnaeum*, vt varietatem illud huc referre.

PVLMONARIA. D. G. 37.

29. Pulmonaria foliis radicalibus ouato cordatis *Linn. Cliff. 44. Roy. 403. Hall. 516.*

Pulmonaria altera *Matth. 733. ic. b.*

Pulmonaria maculosa secunda *Tab. 948.*

Pulmonaria vulgaris maculoso folio *Clus. Hist. II. 169. optime.*

Symphitum maculosum s. Pulmonaria latifolia *C. B. P. 259. Morif. III. 444. s. 11. t. 29. f. 8.*

Var.

Var. 1) Pulmonaria latifolia flore albo *Boerh. I. 193.*
2) Pulmonaria folio non maculoso *Boerh.*
Lungenkraut, Hirschmangolt.

Floret in syluis et inter fruticeta *im Zschocherischen und Schambergischen Höltzgen*, rarius, vulgaris var. 2. *im Rosenthale.* Mart. April. perennat.

Maculae saepius minutissimae, aliquando modo punctata folia sistunt.

30. Pulmonaria foliis radicalibus ouato lanceolatis inferius decurrentibus.

Pulmonaria Plinii angustifolia *Tab. 948. bene.*
Pulmonaria angustifolia rubente coeruleo flore *C. B. P. 260. Morif. III. 444. s. 11. t. 29. f. 10.*
Pulmonaria foliis radicalibus lanceolatis *Linn. Cliff. 44. Roy. 404.*
Pulmonaria foliis radicalibus linguiformibus *Hall. 517.*

In montosis syluis *in Bienitz*, viget Aprili, perennis.

Flores et in hac coerulei et rubicundi mixti quidem, sed multo viuidioris coloris sunt.

Variat et haec foliis maculatis, maculae vero sunt latissimae cinereae.

An haec a priori diuersa sit, dubitat *Linnaeus*, sed per plures annos et in horto perdurat, mutata minime facie.

HELIOTROPIVM. D. G. 39.

31. Heliotropium foliis glabris.

Heliotropium minus angustifolium palustre *Boerh. I. 190.*
Echium scorpioides palustre *C. B. P. 254.*
Myosotis foliis glabris *Linn. Cliff. 46.*
Scorpiurus palustris perennis viridioribus foliis *Morif. III. 451. s. 11. t. 3. f. 4. optime.*

Scorpiurus

Scorpiurus perennis, floribus majoribus *Hall. 520.*
Var. Myosotis palustris major flore albo *Rupp. 10.*
Vergiß mein nicht, Blau Mausoehrlein.
In syluis et paludosis vbique, varietas *im Rosenthale*, floret Maj. Iun. videtur perennis.

32. Heliotropium foliis hirsutis.
Heliotropium minus angustifolium aruense subhirsutum *Boerh. I. 190.*
Echium scorpioides aruense *C. B. P. 254.*
Scorpiurus annuus aruensis hirsutus coeruleus *Morif. III. 450. f. n. t. 3. f. 1.*
Scorpiurus annuus, paruo flore *Hall. 519.*
Myosotis foliis hirsutis *Linn. Cliff. 45.*
Myosotis foliorum apicibus callosis *Roy. 404. Linn. Fl. Suec. 149.*
In agris et aridioribus locis, toto fere anno floret.
Binas hasce species *Linnaeus* in *H. Cliff.* seorsim proponit, conjungit vero illas iterum in *Fl. Suec.*, vt varietates, id quod et ante eum jam fecerat *Royenus*, denuo eas distinguit *Hallerus*. An vere conueniant et modo variae a loco aquoso oriantur, qui plantae magnitudinem augeat, hirsutiem destruat, et corollam expandat, certo definire quidem non audeo; hoc tamen scio, posteriorem praecocem esse, namque floret priore nedum quidem caulescente, sed hoc de primo vere modo verum est, namque et posterior aestate suos exhibet flores. Myosotis vero sylvatica praecox *Rupp.* non differt ab vltima, sed dum in locis vmbrosis crescit, mutata deprehenditur.

ANAGALLIS. D. G. 41.

33. Anagallis foliis ouatis, flore phoeniceo.
Anagallis phoenicea *Tab. 1292. C. B. P. 252. Morif. II. 568. f. 5. t. 26. Boerh. I. 204. Hall. 481.*

Anagallis

Anagallis foliis ouatis *Linn. Cliff.* 52.

Anagallis foliis indiuiſis *Roy.* 416. *Linn. Fl. Suec.* 169.

Grundheil, Heil aller Welt.

In aruis et inter ſegetes, floret Iun. Iul. annua. Semel Anagallidem flore pleno in ipſis agris natam, inueni. Quae flore coeruleo eſt, veram eſſe ſpeciem, contra *Linnaeum*, qui cum *Moriſono* varietates eſſe contendit, aſſerit *Hallerus;* et certe ſata colorem nunquam mutauit.

LYSIMACHIA. D. G. 42.

34. Lyſimachia foliis lanceolatis, racemo compoſito terminatrice *Roy.* 415. *Linn. Fl. Suec.* 166.

Lyſimachia lutea communis *Cluſ. hiſt. L. ic. b.*

Lyſimachia lutea major *C. B. P.* 245. *Boerh. I.* 202.

Lyſimachia foliis lanceolatis, corymbo terminatrici *Linn. Cliff.* 51.

Lyſimachia foliis ouato lanceolatis, floribus ad ſummos ramos ſpicatis *Hall.* 480.

Floret Iul. Aug. ad ripas fluuiorum et in ſalicetis perennis.

Foliis binis, ternis, quaternis, quandoque quinis exornata reperitur, ex quibus *Tournefort. p.* 245. tot diuerſas effecit ſpecies. Caules vtplurimum quatuor, rami duo tantum folia habent.

35. Lyſimachia racemis ſimplicibus lateralibus *Linn. Vir.* 13. *Roy.* 416. *Linn. Fl. Suec.* 167.

Lyſimachia lutea tertia ſ. minor *Cluſ. hiſt. LIII. optime.*

Lyſimachia bifolia flore globoſo luteo *C. B. P.* 245. *Boerh.* 202.

Lyſimachia ex alis foliorum thyrſifera *Linn. Fl. Lapp.* 82. *Cliff.* 52.

In

In locis paludosis *in der Grube vor Pfaffendorf*, viget Iul. Aug. perennis.

Radicem naturaliter verticillatam habet, ex qua fibrae prodeunt plurimae, ea vero in sicciori solo nata, ramosa fit.

36. Lysimachia foliis subrotundis, floribus solitariis, caule repente *Linn. Cliff. 52. Roy. 416. Hall. 481.*

Nummularia *Matth. 716. ic. b. Dod. 590.*

Nummularia major *Tab. 1261.*

Nummularia major lutea *C. B. P. 309. Boerh. I. 203. Wiesengeld, Pfennigkraut.*

Circa frutices in locis humidis, *im Zschocherischen Holze*, floret Iun. Iul. perennis.

Major et minor *Tabern.* varietates sunt; minorem in sicciori solo aliquando obseruauimus.

HOTTONIA. D. G. 45.

37. Hottonia *Boerh. I. 207. Linn. Cliff. 51. Roy. 415. Hall. 487.*

Myriophyllum alterum *Matth. 812. bene.*

Foeniculum aquaticum II. *Tab. 186. eadem.*

Millefolium aquaticum equisetifolium caule nudo *C. B.* ?. *141.*

Wasserfenchel.

In paludibus et scrobibus *bey dem Rosenthale, Pfaffendorf*, floret Maj. Iun. perennis.

PRIMVLA. D. G. 50.

38. Primula foliis rugosis hirsutis, spica inclinata, flore pallido majori inodoro *Hall. 483.*

Primula veris altera *Matth. 802. ic. b.*

Primula sylvestris III. *Tab. 700. ic. Matth.*

Primula veris pallido flore elatior *Tourn. 124. Boerh. I. 199.*

Primula foliis denticulatis rugosis, limbo corollarum plano *Linn. Cliff. 51.*

Verbasculum pratense vel syluaticum inodorum *C. B. P. 241. Morif. II. 554. f. 11. t. 21. f. 1. hanc et sequentem una icone exprimit.*

Schlüsselblumen, Himmelschlüssel.

In pratis humidioribus, Mart. April. perennis.

39. Primula foliis rugosis hirsutis, spica inclinata, flore flauo majori, *potius minori*, odoro *Hall. 483.*

Primula veris *Matth. 801. Tab. 699. eadem.*

Primula veris vmbellata odorata pratensis *Boerh. I. 199.*

Primula foliis denticulatis rugosis *Roy. 415.* limbo corollarum concauo *Linn. Cliff. 51.*

Verbasculum pratense odoratum *C. B. P. 241.*

In pratis siccioribus *bey Gonnewitz, Bienitz*, floret Aprili, Maj. perennis.

Haec vera est officinalis species et a praecedente differt flore eleganter luteo, grati odoris, minore priori. Calix semper pallidi coloris est, et longitudine ipsum ferme corollae limbum attingit. Prior foliis in margine acutis et frequentioribus denticulis incisis, altera vero obsoletis et obtusis conspicua est. Iure itaque illas distinguit *Hallerus*, *Linnaeus*, etsi eas varietate modo differre scribat, figuram corollae tamen in vtraque diuersam esse, ipse fatetur. Prior citius erumpit, haec tardius, nec vnquam prior in posteriorem, nec haec in illam solo, cultura aliisque adminiculis mutari potuit.

MENIANTHES. D. G. 51.

40. Menianthes foliis ternatis *Linn. Fl. Lapp. 80. Cliff. 52. Roy. 430.*

Menianthes palustre latifolium triphyllum *Tourn. 117. Boerh. I. 205.*

Menoan-

Menoanthes foliis ternatis *Hall. 487.*

Trifolium majus II. et fibrinum III. *Tab. 906. bene.*

Acopa *Morif. III. 604. f. 15. t. 2.*

Fieberklee, Scharbockklee, Dreyblatt.

In paluſtri ſolo *auf den Schönfelder Wieſen*, floret Majo, perennis.

Foliis anguſtis et latioribus variat, vt ex Iconibus *Tabernaemontani* patet.

In *Lapponia* radices in pabuli penuria non modo pecoribus exhibent, ſed et easdem pulveriſatas cum farina cerealium miſcent, et panem exinde coquunt hominum nutrimento deſtinatum. Folia, deficiente Lupulo, cereuiſiae condimentum praebent *Linn. Fl. Lapp.*

PERVINCA. D.G. 56.

41. Peruinca foliis ouato lanceolatis *Hall. 526.*

Peruinca vulgaris anguſtifolia flore coeruleo *Tourn. 120. Boerh. I. 311.*

Clematis I. *Matth. 679.*

Clematis daphnoides minor *C. B. P. 301.*

Vinca peruinca offic. *Volk. 400.*

Vinca foliis ouatis *Linn. Cliff. 77. Roy. 412.*

Sinngrün, Wintergrün, Todtenviolen.

In ſyluis denſis humidioribus *im Vniverſitætsholze*, floret April. Maj. perennis.

Flore albo rarius inuenitur, in hortis plures colunt varietates.

STRAMONIVM. D. G. 57.

42. Stramonium fructu erecto, calice pentagono *Hall. 489.*

Stramonium fructu ſpinoſo oblongo flore albo *Tourn. 119.*

Solanum foetidum pomo ſpinoſo oblongo flore albo *C. B. P. 168.*

Solanum manicum Dioſcoridis *Col. Phyt. 47. edit. II. p. 37. t. 12.*

Datura pericarpiis erectis ouatis *Linn. Cliff. 55. Roy. 422.*

Stechapffel.

Rarius inuenitur, vt *um das Schwendendörffiſche Guth*, fl. Iul. Aug. annua.

Odor virus prodit; Iumenta et in ſpecie vaccae plantas acres et viroſas non facile appetunt, ſed aquoſas, viroſas, dulces; ſero tamen autumno Stramonium, Cynogloſſam et alias frigore nocturno contractas, quaſi temperatas et correctas auide et ſine noxa deuorant.

NICOTIANA. D. G. 59.

43. Nicotiana tubo floris longiore arctiore.

Nicotiana major latifolia *Matth. 751. C. B. P. 169. Moriſ. II. 492. ſ. 6. t. 11. f. 1. Boerh. I. 230.*

Nicotiana foliis lanceolatis *Linn. Cliff. 56. Roy. 423.*

Hyoſcyamus peruuianus *Dod. 449. omnino.*

Tabacum latifolium *H. Eyſt. Aut. O. 2. f. 9. bene.*

Taback.

Seritur *bey Stötteritz*, fl. Iul. Aug. annua.

IASIONE.

44. Iaſione foliis lineari lanceolatis obſolete ſerratis *Linn. Cliff. 426. Roy. 191. Hall. 496.*

Rapuntium montanum capitatum ieptophyllon *Col. Ecphr. I. 227.*

Scabioſa minor V. *Tab. 444.*

Scabioſa globularis, quam ouinam vocant *I. B. III. a. 12.*

Rapunculus ſcabioſae capitulo coeruleo *C. B. P. 92. Tourn. 113. Boerh. I. 250.*

Collibus et montoſis ſiccioribus *auf dem Gickerlingsberge*, floret Iul. Aug. perennis.

Ludwigius

Ludwigius hoc genus ad Rapunculum refert, ob florem vero regularem ad hanc Classem pertinere et ita summo genere a Rapunculo differre videtur.

CAMPANVLA. D.G. 63.

45. Campanula foliis radicalibus cordatis, calicibus ciliatis *Linn. Cliff. 64.*

Campanula vulgatior foliis vrticae vel major et asperior *C. B. P. 94. Morif. II. 459. f. 5. t. 3. f. 28. Boerh. I. 249.*

Campanula caule angulato, calicibus pedunculatis simplicibus, laciniis ciliatis *Linn. Vir. 16. Roy. 245.*

Campanula foliis asperis, imis cordatis, reliquis longe acuminatis, serratis, calicibus hirtis, ala multiflora *Hall. 490.*

Ceruicaria major *Tab. 796. bene.*

Var. Campanula vrticae folio flore albo *Tourn. 109.*

Vulgaris in syluis et sepibus, floret Iunio, perennis.

46. Campanula floribus sessilibus, congestis, latioribus foliis insidentibus *Hall. 492.*

Campanula pratensis flore conglomerato *C. B. P. 94. Boerh. I. 249.*

Campanula caule angulato, floribus sessilibus, capitulis terminatricibus *Linn. Vir. 16. Roy. 245.*

Campanula foliis lanceolato ouatis, crenatis, ramis capitulo florali terminatis *Linn. Cliff. 64.*

Symphitum petraeum I. *Tab. 952.*

Trachelium pratense flore conglomerato *Morif. II. 461. f. 5. t. 4. f. 43.*

Var. flore albo *Tourn. 110.* alias apud nos minus frequentes vid. in *Hallero.*

In pratis montosis, aridis, et syluis, *in Bienitz an der Wiese*, floret Iun. Iul. perennis.

47. Campanula foliis linearibus ſerratis, floribus diſſitis, longiſſime petiolatis *Hall.* 494.
Campanula anguſtifolia *Tab.* 699. *folia nimis lata.*
Campanula perſicaefolia *Moriſ. II.* 452. *ſ.* 5. *t.* 1. *f.* 2. *ic. b.*
Campanula foliis lineari lanceolatis, crenatis, caule longiſſimo, ſimpliciſſimo *Linn. Cliff.* 65. *Roy.* 246.
Campanula foliis radicalibus obuerſe ouatis, caulinis lanceolato linearibus, ſubſerratis, ſeſſilibus, remotis *Linn. Fl. Suec.* 179.
Rapunculus perſicifolius magno flore *C. B. P.* 93.
Var. flore albo *Tourn.* 111.
In locis montoſis *in Bienitz oben*, floret Iunio, perennis.

48. Campanula foliis vndulatis, radicalibus lanceolato oualibus panicula coarctata *Linn. H. Vpſ.* 40.
Campanula foliis radicalibus lanceolato ouatis, caule ramoſiſſimo patulo *Linn. Cliff.* 65. *Roy.* 246.
Campanula radice eſculenta flore coeruleo *Boerh. I.* 248.
Campanula foliis vndulatis ſubhiſpidis, caule ramoſiſſimo *Hall.* 494.
Rapunculus *Matth.* 347. *Tab.* 793. *eadem.*
Rapunculus eſculentus *C. B. P.* 92. *Moriſ. II.* 455. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 13.
Var. Campanula eſculenta flore candicante *Tourn.* 111.
In pratis et aridioribus locis, fl. Maj Iun. perennis.
Variat quoque foliis glabris et hirſutis. Radix eſculenta lac auget *Haller.*

CONVOLVVLVS. D. G. 66.

49. Conuoluulus foliis ſagittatis, vtrinque acutis, pedunculis vniflori *Linn. Fl. Suec.* 173.

Con-

Conuoluulus minor aruenſis flore roſeo *C. B. P. 294. Tourn. 83. Boerh. I. 245.*

Conuoluulus foliis ſagittatis, vtrinque acutis, *Linn. Cliff. 66. Roy. 427.*

Conuoluulus foliis ſagittatis mucrone longiſſimo coeunte, petiolo vnifloro *Hall. 489.*

Volubilis aruenſis flore roſeo *Tab. 1263.*

Var. Conuoluulus aruenſis flore candido, flore purpureo radiis albis picto, aliasque plures vide in *Tournefort.*

Winde, Wieſenwinde.

Inter ſegetes vbique *auch in dem Stadtgraben*, floret Iunio, perennis.

50. Conuoluulus foliis ſagittatis poſtice truncatis, pedunculis unifloris *Roy. 427. Linn. Fl. Suec. 174.*

Conuoluulus major albus *C. B. P. 294. Boerh. I. 246.*

Conuoluulus foliis ſagittatis, poſtice truncatis *Linn. Cliff. 66.*

Conuoluulus foliis ſagittatis, anguloſis, petiolis vnifloris *Hall. 488.*

Smilax laeuis *Matth. 839.* major *Dod. 388. optime.*

Groſſe Winde, Zaunwinde.

Frequens eſt ad ſepes et dumeta; *auf dem Gickerlingsberge*, floret Iun. Iulio. perennis.

FRANGVLA. D. G. 76.

51. Frangula ora folii integra *Hall. 164.*

Frangula *Matth. 875. Tab. 1461. eadem. Dod. 772. Tourn. 612. Boerh. II. 232.*

Alnus nigra baccifera *C. B. P. 428.*

Rhamnus inermis foliis annuis *Linn. Fl. Lapp. 92.*

Rhamnus inermis floribus monogynis hermaphroditis *Linn. Cliff. 70.*

Faulbaum, Pinnholtz.

In sepibus et syluis frequens *nach dem Rosenthale, im Zschocherischen holze*, floret Maj. Iun. Frutex.

Carbones pulueri pyrio conficiendo inseruiunt *Tabern.* Baccis viridi colore, cortice flauo lanae tinguntur. *Act. Stokh. 1742. p. 26.*

SOLANVM. D. G. 87.

52. Solanum caule inermi herbaceo, foliis pinnatis, pinnis integris *Linn. Cliff. 60. Roy. 423.*

Solanum tuberosum esculentum *C. B. P. 167. Prodr. 89. icon. et descript. bona. Morif. III. 522. f. 13. t. 1. f. 19 Boerh. II. 67.*

Arachidna Theophrasti, papus Americanorum *Clus. hist. LXXIX.*

Var. Solanum tuberosum flore albo *Tourn. 149.*

Tartuffeln, Erdäpffel.

Seritur *in den Kohlgärten*, floret Iul. Aug. perennis.

53. Solanum caule inermi herbaceo, foliis ouatis, angulatis *Linn. Cliff. 60. Roy. 423.*

Solanum satiuum *Tab. 973.*

Solanum officinarum *C. B. P. 166.*

Solanum vulgare *Morif. III. 520. f. 15. t. 1. f. 1.*

Solanum officinarum acinis nigricantibus *Tourn. 148. Boerh. II. 67.*

Solanum foliis angulosis, vndulatis, caule leui *Hall. 507.*

Nachtschatten, Saukraut.

In cultis frequens, floret Iun. Iul., annua.

Folia insigniter variant. Conf. de varietatibus *Hallerus.*

54. Solanum caule inermi, perenni, flexuoso, foliis superioribus hastatis *Linn. Cliff. 60. Roy. 424.*

Solanum

Solanum ſcandens ſ. Dulcamara *C. B. P. 167. Tourn. 149. Boerh. II. 67.*

Solanum foliis aliis trifidis, aliis ſimplicibus *Hall. 507.*

Vitis ſylueſtris *Matth. 881. ic. b.*

Amara dulcis *Tab. 1290. eadem.*

Ie länger je lieber, Hindſchkrauth.

In ſepibus humidis et ſalicetis, floret Iun. Iul. perennis.

Flore albo rarius occurrit, foliis variegatis in hortis ludit.

B. DISTYLA.

GENTIANA. D. G. 97.

55. Gentiana floribus in alis ſeſſilibus, corolla campanulata, quinquifida, foliis anguſtis.

Gentiana paluſtris anguſtifolia *C. B. P. 188.*

Gentiana anguſtifolia autumnalis major *Moriſ. III. 483. ſ. 12. t. 5. f. 12. bene Boerh. I. 205.*

Gentiana floribus terminatricibus raris, corollis erectis plicatis, foliis linearibus *Linn. Cliff. 80. Roy. 432.*

Gentiana foliis longis et anguſtis, floribus in alis caulis ſeſſilibus *Hall. 477.*

Pneumonanthe *Tab. 1176. ic. b.*

Lungenblumen.

In locis vdis *auf der Wieſe Rükmarſchdorf gegen über, auch hinter der Schönfelder Mühle*, floret Auguſt. perennis.

Gentianae corolla mirum variat, ita vt character eſſentialis genericus in fructu ſit aſſumendus, corollae vero differentiae in ſpecificis notis adhiberi poſſit. Placuit vero *Cel. Gleditſchio* peculiare genus, a Gentiana diuerſum, ex hac noſtra planta efficere, cujus characterem et figuram praecedenti anno cum Ac.

Reg. Sc. Berol. communicauit, eandemque, vti ex literis, ad me beneuole datis, conſtat vel propterea quod ſtamina antheris in conum coaleſcunt, a reliquis diſtinguit, et ſpecifico nomine Pneumonanthe foliis longis et anguſtis, floribus campanulatis, alaribus compellat.

ASCLEPIAS. D. G. 99.

56. Aſclepias caule erecto, ſimpliciſſimo, herbaceo, foliis cordato lanceolatis, racemis conglomeratis albis *Linn. Fl. Suec. 200.*

Aſclepias I. et II. *Tab. 105.*

Aſclepias flore albo *C. B. P. 303. Tourn. 94. Boerh. I. 312.*

Aſclepias caule erecto, herbaceo, foliis ouato lanceolatis, floribus confertis *Linn. Cliff. 78. Roy. 410.*

Aſclepias foliis ex ouato lanceolatis, glabris, floribus racemoſis albis *Hall. 525.*

Vincetoxicum *Matth. 592. Dod. 402. ic. b. Schwalbenwurz.*

In ſyluis, *in Bienitz am Berge*, floret Iun. Iul. perennis.

Aſclepiadem nigro flore vix differre, credit *Linnaeus*, et forſan jure, licet ſeparauerit *Royen.*

CENTAVRIVM. D. G. 106.

57. Centaurium corolla quinquifida, foliis lanceolatis.

Centaurium minus *Matth. 488. bene Tab. 1166. ead. Dod. 334. C. B. P. 278. Tourn. 122. Boerh. I. 223.*

Gentiana foliis lineari lanceolatis, caule dichotomo, corollis infundibuliformibus quinquifidis, ſtylis ſimplicibus *Linn. Cliff. 81. Roy. 433.*

Gentiana foliis trineruiis, ouatis, floribus vmbellatis, tubo ſtrictiſſimo *Hall. 475.*

Magnitu-

Magnitudine, ratione soli, multum variat; flore albo rarius occurrit.

Var. 1) Centaurium minus flore albo *Tourn.*

2) Centaurium minus paluſtre ramoſiſſimum flore purpureo *Vaill. Par. 32. t. 6. f. 1.*

Tauſendgüldenkrauth.

In pratis ſiccioribus *an der Funkenburg, in der Alle nach Leüſch.* Viget Iun. Iul. biennis.

C. TRISTYLAE.

OPVLVS. D. G. 109.

58. Opulus *Linn. Cliff. 109. Roy. 243. Hall. 463.*

Opulus Ruellii *Tourn. 607. Boerh. II. 224.*

Sambucus aquatica *Matth. 874. Tab. 1440. I. B. I. 552.*

Sambucus aquaticus flore ſimplici *C. B. P. 456.*

Viburnum foliis trilobis dentatis *Linn. H. Vpſ. 69.*

Flores vmbellae laterales, majores ſunt iis, qui medium occupant, hinc ſi centralium corolla expanditur, ſtamina et piſtilla obliterantur, globoſa ſit vmbella, tunc oritur illa varietas quae dicitur:

Opulus flore globoſo *Tourn.* Sambucus arbor roſea *H. Eyſt. Ver. O. Frut. f. 10. elegans.*

Hirſchholder, Schwelgenbaum.

In ſyluis humidioribus et ſepibus frequens *auf dem Gickerlingsberge,* floret Majo. Arbor.

Quid ſunt illa glandularum paria, quae petiolis inſident; dentesque ſubulati, ad petiolorum baſin conſpicui, apice glandulas ferentes? *Linn. Flor. Suec. 249.*

SAMBVCVS. D. G. 111.

59. Sambucus arborea, vmbellatis floribus *Hall. 466.*

Sambucus *Matth. 873. Tab. 1439. Dod. 832.*

Sambucus

Sambucus fructu in vmbella nigro *C. B. P. 456. Tourn. 606. Boerh. II. 223.*

Sambucus caule perenni, ramoso *Linn. Cliff. 109.*

Sambucus caule arboreo, ramoso, floribus vmbellatis *Roy. 243. Linn. Fl. Suec. 250.*

Sambucum foliis laciniatis *C. B. P. 456.* hujus varietatem esse contendit *Linnaeus* et *Hallerus*, an recte? *Holder*, *Holunder*, *Schibiken.*

In sepibus frequens, floret Iunio, baccae maturantur Septembri, Arbor et frutex.

60. Sambucus herbacea, floribus vmbellatis *Hall. 466.*

Sambucus humilis s. Ebulus *C. B. P. 456. Tourn. 606. Boerh. II. 223.*

Sambucus caule annuo, simplici *Linn. Cliff. 110. Roy. 243.*

Ebulus *Matth. 874. Tab. 1160. ic. Matth.*

Ebulus s. Sambucus herbacea *I. B. I. a. 549.*

Attich, *Niederholunder.*

Vm den Peterschieſsgraben, floret Iunio, perennis.

V. HEXANTHERAE.

A. MONOSTYLAE.

POLYGONATVM. D. G. 126.

61. Polygonatum foliis alternis, petiolis pendulis, multifloris *Hall. 287.*

Polygonatum *Matth. 678. Dod. 343. bene.*

Polygonatum latifolium vulgare *C. B. P. 303. Tourn. 78. Boerh. II. 63.*

Polygonatum vulgo sigillum Salomonis *I. B. III. b. 529.*

Convallaria foliis alternis, floribus ex alis *Linn. Cliff. 124. Roy. 26. Gmel. I. 34.*

Var. Polygonatum latifolium maximum *C. B. P.*

Weiſswurtz.

Weiſswurz.

In ſyluoſis humidis locis *im Roſenthale*, varietas *im Vnſuerfälſchtsholze*, foliis variegatis occurrit *im Walde bey Raſchwitz*, floret Maj. Iun. perennis.

CONVALLARIA. D. G. 127.

62. Conuallaria.

Conuallaria ſcapo nudo *Linn. Cliff. 124. Roy. 26. Gmel. I. 34.*

Lilium conuallium *Matth. 631. Tab. 1135. eadem. Dod. 205. I. B. III. b. 531.*

Lilium conuallium album *C. B. P. 304. Tourn. 77. Boerh. II. 64.*

Polygonatum bifolium, ſcapo florigero aphyllo *Hall. 286.*

Plures recenſentur ſpecies, quae tamen omnes verae ſunt varietates, a ſolo et cultura ortae.

Mayenblümlein, Springauf.

In nemoribus copioſe, *im Roſenthale*, floret Maj. perennis.

Ex foliis cum calce fit pulcher et durabilis color viridis *Haller.* Illa varietas quae folia ex albo et viridi variegata obtinet, etiam baccas variegatas et ſtriatas tulit in horto.

B. TRISTYLA.

COLCHICVM. D. G. 129.

63. Colchicum foliis planis, erectis *Linn. Cliff. 140. Roy. 41.*

Colchicum *Cam. 845. ic. b. I. B. II. 649. Dod. 457. Hall. 283.*

Colchicum commune *C. B. P. 67. Moriſ. II. 340. ſ. 4. t. 3. f. 1. bene. Boerh. II. 117.*

Colchicum maſculinum et foemininum *Tab. 1010.*

Var. Colchicum vulgare album *H. Eyſt. Aut. O. 3. f. 6. f. 4.*

Zeitloſen,

Zeitloſen, nackende Hure, Herbſtblumen.

In pratis paſſim *auf den Wieſen im Roſenthale*, varietas *auf der Pfingſtwieſe*, floret Octobri et vere inſequente fructificat, foliaque monſtrat, perennis.

Folia ouis colorem conciliant.

VI. HEPTANTHERA.

MONOSTYLA.

TRIENTALIS. D. G. 130.

64. Trientalis *Linn. Fl. Lapp. 139. Roy. 438.*

Herba Trientalis *I. B. III. b. 537. Deſcript. b. ic. m. e.*

Pyrola alſines flore Europaea *C. B. P. 191. Prodr. 190. ic. b.*

Alſinanthemum *Oelh. Dant. 10. optime.*

Alſine alpina *Schwenck. 17. deſcr.*

In vmbroſo, ſterili, gramine tenui obducto loco *im Vniverſitätsholze*, floret Maj. Iun. perennis.

Planta in ſicciori ſolo creſcens corollam apicibus laciniarum acutam, in humidiori vero obtuſam oſtendit. *Linnaeus.* Planta eſt acris.

VII. OCTANTHERAE.

A MONOSTYLAE.

ERICOIDES. D. G. 131.

65. Ericoides foliis quadrifariam imbricatis, glabris.

Erica I. *Matth. 141. ic. b. Tab. 1516. ic. Matth. Dod. 755. non bene.*

Erica vulgaris glabra *C. B. P. 485. Tourn. 602. Boerh. II. 221.*

Erica foliis quadrifariam imbricatis, triquetris, glabris, erectis, corollis inaequalibus, calice breuioribus *Linn. Cliff. 147. Roy. 442.*

Erica

Erica foliis imbricatis glabris *Hall. 419.*
Var. Erica vulgaris flore albo *Tourn.*
Heyde, Wieſencypreſſe.

Habitat in campis ſylueſtribus, ſterilibus, *in Linkeln und Vniuerſitätsholze*, inque terminis pratenſibus *hinter Schönfeld nach Mockau zu*, floret Aug. perennis.

In hortum delata periit; vt jam olim obſeruauit *I. Bauhinus I. 354.* Hoc vero non perpetuum eſſe, demonſtant alia ejusdem plantae exempla, quae in horto hactenus culta fuerunt. Atque de hac re ſequentia ad me ſcripſit *Cel. Gleditſchius.* E ſpontaneis plantis quaedam radice lignoſa et cuticula tenuiſſima donatae, quando a Botanophilis evelluntur, extra terram citiſſime exſiccantur, reliqua planta per tempus apparenter vegeta, nec facile reuiuiſcunt. Si autem hujus modi ſortis radices prouide effodiuntur, muſco ſubhumido vel aquae ſtatim immerguntur, et terrae iterum mandantur, in hortis viuunt et creſcunt feliciſſime. Teſtantur Erica, Tetralix, Andromeda, Vaccinium et aliae. Sunt aliae plantae, quae inciſuras, rupturas et cujuscunque generis laeſiones in tenerioribus radicum partibus perferre nequeunt, ſed abſciſſis extremis ſtatim marceſcunt, et pereunt, vt Gentianae ſpecies, Laureola etc. Radices igitur, ſi fieri poteſt, omnibus extremitatibus capillaribus illaeſis ſumma cum cura effodiendae et plantandae ſunt.

In Suecia apes ex hac planta prae reliquis mel hauriunt, ita, vt teſte *Linnaeo*, vbi Erica ibi mel luteum, eadem vero deficiente illud album reperiatur.

THYMELAEA. D. G. 132.

66. Thymelaea floribus ſpicatis, ſub foliis ellipticis, modice acuminatis, leuibus, mollibus *Hall. 188.*

Thymelaea

Thymelaea lauri folio deciduo ſiue Laureola foemina *Tourn. 595. Boerh. II. 213.*

Daphnoides *Matth. 842. ic. bona, flores et fructus in diuerſis ramis.*

Chamaelaea germanica *Dod. 360. bene.*

Laureola folio deciduo, flore purpureo *C. B. P. 462.*

Daphne floribus ſeſſilibus, infra folia elliptico lanceolata *Linn. Cliff. 147 Roy. 208.*

Seidenbaſt, Kellerſalz.

In ſyluis vmbroſis et ſiccioribus, *im Vniverſitaetsholze*, floret Martio, Frutex.

Folia terna, raro quaterna ex vna gemma prodeunt, flores vero in ſummitate gemmae infra illa poſiti inueniuntur. Poſſet forſan melius Thymelaea flore praecoci nominari, niue enim tecta haud raro prius in flores expandit gemmas, quam folia emittit, id quod in aliis hujus plantae ſpeciebus nunquam deprehendimus.

VACCINIVM. D. G. 134.

67. Vaccinium florum petiolis racemoſis, pendulis, foliis integris.

Vaccinium foliis perennantibus obuerſe ouatis *Linn. Cliff. 148. Roy. 239. Hall. 414.*

Vitis Idaea rubra *Cam. 136. ic. b.*

Vitis Idaea foliis ſubrotundis, non crenatis, baccis rubris *C. B. P. 470.*

Vaccinia rubra *Dod. 758. bene.*

Preuſſelbeeren, rothe Heidelbeeren.

Syluas amat et opaca loca *im Vniverſitaetsholze*, floret aeſtate, perennis.

Baccae pro acetariis frequentius adhibentur, harumque ſaporem laudat *Rajus.*

68. Vaccinium florum petiolis vnifloris, pendulis, foliis ſerratis.

Vaccinium

Vaccinium caule angulato, foliis ſerratis annuis *Linn. Cliff 148. Roy. 239. Hall. 415.*

Myrtillus *Matth. 196. Cam. 135. bene.*

Vitis Idaea *Tab. 1487.*

Vitis Idaea foliis oblongis crenatis, fructu nigricante *C. B. P. 470. Boerh. II. 71.*

Vaccinia nigra *Dod. 756. folia parum ſerrata.*

Heidelbeeren, Blaubeeren.

In ſyluoſis, ericetis et pinaſtretis, *im Gundorffer und Vniverſitætsholze*, floret Majo, perennis.

Cum Myrti fructibus facile in officinis confunditur.

B. TETRASTYLA.

MOSCHATELLINA. D. G. 137.

69. Moſchatellina *Tourn. 156. Boerh. II. 72. Hall. 412.*

Moſchatellina foliis fumariae bulboſae *I. B. III. b. 206.*

Fumaria bulboſa minima *Tab. 97. bene.*

Ranunculus nemoroſus muſcatellina dictus *C. B. P. 178. Moriſ. II. 438. ſ. 4. t. 28. f. 14.*

Adoxa *Linn. Cliff. 153. Roy. 252.*

Biſamkraut, Waldrauch.

Ad ſepes, inprimis circa radices arborum detruncatarum, in locis paludoſis *auf den Eitritſcher Wieſen, auch hinter den Kohlgärten*, floret Martio, April. perennis.

Odor plantae Moſchó quodam modo ſimilis, maxime volatilis, vixque percipitur, niſi plura ejus exempla ſimul in pugillum collecta naribus admoventur.

VIII. DECANTHERA.

PENTASTYLA.

OXYS D. G. 143.

70. Oxys ſcapo vnifloro, radice ſquamoſa articulata.

Oxys *Tab. 910. ic. Matth.*

Oxys ſiue Trifolium acidum flore albo et purpuraſcente. *I. B. II. a. 387.*

Oxys radice dentata, foliis ternatis, ſcapo nudo vnifloro. *Hall. 364.*

Oxys flore albo *Tourn. 88. Boerh. I. 319.*

Trifolium acetoſum, vulgare *C. B. P. 330. Moriſ. II. 184. ſ. 2. t. 17. f. 1.*

Oxalis ſcapo vnifloro, foliis ternatis *Linn. Fl. Lapp. 194.* radice ſquamoſa articulata *Linn. Cliff. 175. Roy. 458.*

Sauerklee, Gaſenklee, Buchampfer.

Sectatur opaca et vmbroſa loca, ad radices arborum antiquarum frequens, *an dem Eitritſcher Graben,* floret Aprili, perennis.

Copioſior hujus plantae prouentus eſt vere ſicco quam pluuioſo. *Vid. Dill. Fl. Giſſ. p. 43.*

71. Oxys caule ramoſo, pedunculis plerumque biſloris.

Oxys lutea *Tab. 910. ic. Matth. I. B. II. 388. Tourn. 88. Boerh. I. 319.*

Trifolium acetoſum luteum *Matth. 608. bene.*

Trifolium acetoſum corniculatum *C. B. P. 330.*

Oxalis caule ramoſo, pedunculis multifloris *Linn. Cliff. 175. Roy. 458.*

In cultis vbique, floret Maj. Iun. annua.

IX. POLY-

IX. POLYANTHERAE.

A. MONOSTYLAE.

MALVA. D. G. 144.

72. Malua caule repente, foliis cordato orbiculatis, obſolete quinquelobis *Linn. Cliff. 347. Roy. 356. Hall. 363.*
Malua *Matth. 359. ic. b.*
Malua ſylueſtris minor II. *Tab. 1150. ic. Matth.*
Malua ſylueſtris folio rotundo *C. B. P. 314.*
Malua vulgaris flore minore folio rotundo *I. B. II. 949. Boerh. I. 267.*
Gänſepappeln.
Ad vias et ſepes paſſim, floret Iun. Iul. perennis.

73. Malua caule erecto, foliis ferme palmatis, obſolete ſerratis *Linn. Cliff. 347. Roy. 356. Hall. 362.*
Malua ſylueſtris major I. *Tab. 1150. ic. b.*
Malua ſylueſtris folio ſinuato *C. B. P. 314.*
Malua vulgaris flore majore folio ſinuato *I. B. II. 949. Boerh. I. 268.*
Var. 1. Malua ſylu. folio ſinuato flore albo *Tourn.*
2. Malua ſylu. folio ſinuato flore coeruleo *Tourn.*
Roßpappeln, Haußpappeln.
Cum praecedente, perennis.

74. Malua foliis multipartitis, caule erecto *Linn. Cliff. 347. Roy. 356. Hall. 363.*
Alcea *Matth. 663. Tab. 1155. eadem.*
Alcea vulgaris major *C. B. P. 316. Boerh. I. 270.*
Alcea vulgaris *Dod. 645. Moriſ. II. 527.*
Siegmarswurtz, Fellriß.
In agrorum ſcrobiumque marginibus, *an dem Wege nach Meckern*, floret Iun. Aug. perennis.

B. TRISTYLA.

EVPHORBIA D. G. 166.

75. Euphorbia inermis, foliis lanceolatis, vmbella vniuerſali multifida, polyphylla, partialibus triphyllis, propriis bifidis *Linn. Cliff. 200. Roy. 198.*

Tithymalus maximus *Tab. 987.*

Tithymalus paluſtris fruticoſus *C. B. P. 292. Moriſ. III. 341 ſ. 10. t. 2. f. 2. Boerh. I. 256.*

Tithymalus altiſſimus, leuis, foliis ſub floribus ternis, cordatis, fructu verrucoſo *Hall. 191.*

In pratis paludoſis, *auf denen Schambergiſchen Wieſen*, floret Iunio, perennis.

76. Euphorbia (Tithymalus) foliis ad caulem linearibus, obtuſis, radiis vmbellae plurimis, petalis lunatis *Hall. 193.*

Tithymalus cypariſſias *Matth. 865. Tab. 990. C. B. P. 291. Moriſ. III. 338. ſ. 10. t. 2. f. 29.*

Wolffsmilch, Teuffelsmilch, Eſelsmilch.

In campis et ad ſepes paſſim, *auf dem Gickerlingsberge*, floret Maj. Iun. perennis.

Planta monſtroſa ab inſecto laeſa, cujus folia a lacte coacto crocei coloris puncta ſiſtunt, varietas eſt, quae dicitur Tithymalus cypariſſias foliis punctis croceis notatis *C. B. P.* ex vna enim eademque radice ſimul vtraque oritur et floret.

77. Euphorbia inermis, foliis crenatis, vmbella vniuerſali multifida, polyphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis *Linn. Cliff. 198. Roy. 197.*

Tithymalus helioſcopius *Matth. 864. Tab. 990. ic. Matth. Dod. 367. vere C. B. P. 291. Moriſ. III. 339. ſ. 10. t. 2. f. 9.*

Tithymalus

Tithymalus ſubrotundis foliis majoribus, crenatis *Boerh. I. 256.*

Tithymalus non acris, foliis ſerratis, rotunde terminatis, radiis vmbellae quinis, latiſſimis *Hall. 194.*

In cultis et agris frequens, floret Iul. Aug. annua.

78. Euphorbia inermis, foliis obuerſe ouatis integerrimis, vmbella vniuerſali trifida, triphylla, partialibus dichotomis, diphyllis *Linn. Cliff. 199. Roy. 197.*

Peplus *Matth. 868. Cam. 969. Tab. 993. eadem.*

Peplis ſ. Eſula rotunda *C. B. P. 292.*

Tithymalus annuus erectus rotundifolius non crenatus *Moriſ. III. 339 ſ. 10. t. 2. f. 11.*

Tithymalus foliis ad caulem ouatis, ſub floribus binis, cordatis, obtuſiſſimis, vmbellae radiis paucis, vagisque. *Hall. 193.*

Habitat inter olera paſſim, floret aeſtate, annua.

79. Euphorbia inermis, foliis ſeſſilibus, alternis, linearibus, vmbella vniuerſali trifida, triphylla, partialibus dichotomis, diphyllis *Linn. Cliff. 199. Roy. 197.*

Tithymalus minimus *Tab. 991.*

Tithymalus ſ. Eſula exigua *C. B. P. 291. Moriſ. III. 339. ſ. 10. t. 2. f. 5.*

Tithymalus exiguus erectus *Boerh. I. 257.*

Tithymalus foliis ad caulem linearibus, obtuſis, ſub floribus lanceolatis, petalis argute bicornibus *Hall. 193.*

In aruis *nach denen Gonnewitzer Schanzen, über Lindenau nach Merſeburg*, floret aeſtate, annua.

80. Euphorbia (Tithymalus) foliis ad caulem ſubhirſutis, ellipticis, breuibus, ſub flori-

bus binis, cordatis, capsularum media parte verrucosa *Hall. 190.*

Tithymalus montanus non acris *C. B. P. 292. Morif. III. 342. f. 10. t. 3. f. 10.*

Esula soliſequa *Riv. tetr.*

In syluosis *im Universitætsholze und Gonnewitz,* floret Maj. perennis.

* * * * * * * * * * * * * * * * *

CLASSIS II.

Plantae flore perfecto, simplici, monopetalo, irregulari.

I. DIANTHERAE. *MONOSTYLAE.*

SALVIA. D. C. 176.

81. Saluia foliis ouato lanceolatis, serratis, verticillis raris et diffitis *Hall. 638.*

Saluia foliis ouatis, inciso crenatis, verticillis subnudis *Linn. Cliff. 12. Roy. 310.*

Horminum sylueſtre *Matth. 640. bene. Tab. 765. eadem.*

Horminum pratense foliis serratis *C. B. P. 238. Boerh. I. 164.*

Horminum pratense *Riv. mon. optime.*

Wilde Salbey.

In pratis et collibus siccis, *in Bienitz auf dem Berge,* floret Iunio, perennis.

LYCOPVS. D. G. 178.

82. Lycopus *Linn. Cliff. 11. Roy. 326. Hall. 660.*

Lycopus paluſtris glaber *Tourn 191. Boerh. I. 186.*

Sideritis I. Heraclea *Matth. 711.*

Marrubium

Marrubium paluſtre glabrum *C. B. P. 230.*
Pſeudo marrubium paluſtre. *Riv. mon.*
Ad fluuios frequens *wo man nach dem Roſenthale gehet*, floret Iun. Iul. perennis.

PINGVICVLA. D. G. 1022.

83. Pinguicula calcare gracili, cylindrico, violaceo flore *Hall. 611.*
Pinguicula *Cluſ. Panon. 360. bene.*
Pinguicula Geſneri *I. B. III. 546.*
Pinguicula nectario cylindraceo, longitudine tubi. *Linn. Fl. Lapp. 11. Roy. 304.*
Sanicula montana flore calcari donato *C. B. P. 243.*
In paſcuis vdis, *in Zſchocheriſchen Holze*, rarius, floret Iun. perennis.

VERONICA. D. G. 183.

84. Veronica floribus racemoſis lateralibus, foliis lanceolatis, ſerratis, caule erecto *Linn. Fl. Suec. 10.*
Veronica aquatica, foliis ouatis, acuminatis, ex alis racemoſa *Hall. 528.*
Berula major *Tab. 1094.*
Anagallis aquatica major folio oblongo *C. B. P. 252. Moriſ. II. 323. ſ. 3. t. 24. f. 25.*
Bachbungen.
Paludoſa, aquoſa amat, *in dem Graben bey den Schönfelder Wieſen*, floret Maj. perennis.

85. Veronica floribus racemoſis lateralibus, foliis ouatis, planis, caule repente *Linn. Fl. Suec. 11.*
Veronica foliis oppoſitis laeuibus crenatis, floribus laxe ſpicatis ex alis *Linn. Cliff. 8. hanc et praecedentem conjungit.*
Veronica aquatica foliis ouatis, ex alis ramoſa *Hall. 528.*

Anagallis aquatica *Matth. 465. Tab. 1094. eadem.*
Beccabunga *Riv. mon.*
Var. Beccabunga minor *Riv. mon.*
In ſcrobibus et ad riuulos, floret aeſtate, perennis.

86. Veronica floribus racemoſis lateralibus, foliis linearibus, integerrimis *Linn. Fl. Suec. 9.*
Veronica aquatica anguſtiore folio *Tourn. 145.*
Veronica paluſtris anguſtifolia *Riv. mon. bene.*
Veronica foliis linearì lanceolatis, integris, racemis laxe floriferis *Linn. Fl. Lapp. 10. Roy. 302. Hall. 527.*
Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata *C. B. P. 252. Prodr. 119.*
In ſyluis vdis et locis paludoſis, *bey dem Univerſitætsholze, Schönfelder Wieſen*, floret Iun. Iul. annua.

87. Veronica foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtioribus, ellipticis, ex alis racemoſa *Hall. 529.*
Veronica ſupina facie Teucrii pratenſis *Moriſ. II. 319. ſ. 3. t. 23. f. 11.*
Veronica montana *Riv. mon.*
Teucrium alterum *Matth. 597. Tab. 771. eadem.*
Chamaedrys ſpuria major anguſtifolia *C. B. P. 249.*
In pratis et ſyluis, floret Iun. Iul. annua.

88. Veronica foliis cordatis, ſuperioribus majoribus, acutioribus, ex alis racemoſa *Hall. 529.*
Veronica minor foliis imis rotundioribus *Moriſ. II. 320. ſ. 3. t. 23. f. 12.*
Veronica pratenſis latifolia *Riv. mon.*
Veronica foliis oppoſitis plicatis, dentatis, ſcapis ex alis inferioribus laxe ſpicatis *Linn. Cliff. 8. Roy. 303.*
Teucrium III. minus *Tab. 771.*

A-

An Veronica foliis cordatis, longe mucronatis, ex alis racemosa *Hall.* huius varietas.

Inter fruticeta frequens, Iun. Iul. annua.

89. Veronica floribus spicatis, foliis oppositis, caule procumbente *Linn. Fl. Suec. 8.*

Veronica mas supina *Matth. 514. optime C. B. P. 246. Boerh. I. 224.*

Veronica supina vulgaris foliis serratis *Morif. II. 318. f. 3. t. 22. f. 7.*

Veronica *Tab. 772. ic. Matth. Riv. mon. non bene.*

Veronica caule repente, scapis spicatis, foliis oppositis ouatis strigosis *Linn. Cliff. 8.*

Veronica spicis pedunculatis lateralibus, caule procumbente *Linn. Mat. 4.*

Veronica foliis siccis, ouatis, serratis, caule procumbente, ex alis racemosa *Hall. 530.*

Ehrenpreiß.

In syluosis *im Vniuerſitæts und Linkeler Holze*, floret Iun. Iul. perennis.

90. Veronica floribus solitariis, foliis ouatis, glabris, crenatis *Linn. Fl. Suec. 14.*

Veronica minor *Tab. 773.*

Veronica pratensis serpillifolia *C. B. P. 247. Morif. II. 319. f. 3. t. 22. f. 8. Boerh. I. 225.*

Veronica erecta sylueſtris *Riv. mon. folia non placent.*

Veronica foliis inferioribus oppositis, ouatis, superioribus alternis, lanceolatis, floribus solitariis *Linn. Cliff. 9.*

Veronica foliis ouatis, raro crenatis, floribus longe spicatis, glabris, fructu bifido *Hall. 533.*

Var. Veronica minima, repens, *Riv.*

Illa in pratis et montosis vbique, haec in steriliori solo, floret Aprili, annua.

91. Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis, inciſis, pedunculo breuioribus *Linn. Fl. Suec. 17.*

Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus chamaedryos folio *Moriſ. II. 322. ſ. 3. t. 24. f. 22. Boerh. I. 226.*

Veronica folio chamaedryos *Riv. mon.*

Veronica foliis cordatis crenatis, floribus ſolitariis pedunculatis *Roy. 303. Hall. 534.*

Alſine chamaedrifolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus *C. B. P. 250.*

In agris paſſim, floret April. Maj. annua.

92. Veronica floribus ſolitariis, foliis cordatis, planis, quinquelobis *Linn. Fl. Suec. 18.*

Veronica hederae folio *Moriſ. II. 322. ſ. 3. t. 24. f. 20. Riv. mon.*

Veronica foliis alternis, cordatis quinquelobis, floribus ſolitariis *Linn. Cliff. 9.*

Veronica foliis latis quinquelobis, calycis ſegmentis ſagittatis *Hall. 534.*

Alſine hederulae folio *C. B. P. 250.*

Floret inter ſegetes et in aruis, Aprili, annua.

Flos pallidior, raro albus.

93. Veronica foliis alternis, inferioribus quinquepartitis, ſuperioribus tripartitis, floribus ſolitariis *Linn. Cliff. 9.*

Veronica verna trifido vel quinquifido folio *Tourn. 145.*

Veronica rutae folio *Riv. mon.*

Veronica triphyllos coerulea, nunc pentaphyllos ſeu trifida et quinquifida *Moriſ. II. 323. ſ. 3. t. 24. f. 23.*

Veronica foliis trifidis et quinquifidis *Hall. 534.*

Veronica

Veronica floribus solitariis, foliis digitato partitis pedunculo breuioribus *Linn. Fl. Suec. 19.*

Hünerrauthe.

Crescit inter segetes *bey den Kohlgärten*, April. annua.

94. Veronica foliis subrotundis, crenatis, petiolis calyce breuioribus *Hall. 533.*

Veronica floscculis cauliculis adhaerentibus *Morif. II. 322. f. 3. t. 24. f. 21.*

Veronica foliis oppositis cordatis crenatis, floribus solitariis sessilibus *Linn. Cliff. 9. Roy. 305.*

Veronica floribus solitariis, foliis cordatis incisis pedunculo longioribus *Linn. Fl. Suec. 16.*

Alsine folio veronicae *Tab. 1089.*

Alsine veronicae folio, flosculis cauliculis adhaerentibus *C. B. P. 250.*

Alysson *Col. Phyt. 27. ic. b. edit. 2da p. 21. t. 8.*

In pratis et agris neglectis et cultis passim, primo vere floret, annua.

95. Veronica foliis ternis, lanceolatis, serratis, floribus spicatis.

Veronica foliis ternis *Linn. Cliff. 7. Roy. 301.*

Veronica spicata major recta coerulea *Morif. II. 317. f. 3. t. 22. f. 1.*

Veronica spicata longifolia *Tourn. 143. Boerh. I. 224.*

Veronica spicata *Riv. mon. bene.*

Lysimachia spicata coerulea *C. B. P. 246.*

In pratis *im Rosenthale, nach Gonnewitz*, floret Septembr. perennis.

96. Veronica foliis obtusis, caule non ramoso, spica nuda terminato *Hall. 531.*

Vero-

Veronica recta minor *Tab. 773.*

Veronica ſpicata minor *C. B. P. 247. Vail. Par. 200. t. 33. f. 4.*

Veronica anguſtifolia recta minima *Moriſ. II. 318. ſ. 3. t. 22. f. 4.*

Veronica foliis oppoſitis, caule ſpica terminato *Linn. Cliff. 8.*

Ad ſyluarum margines frequens, floret Iun. Iulio. annua.

II. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

VALERIANA. D. G. 185.

97. Valeriana foliis omnibus pinnatis *Linn. Cliff. 15. Roy. 234. Hall. 662.*

Valeriana ſylueſtris major *Dod. 346. C. B. P. 164. Boerh. I. 74.*

Valeriana *Riv. mon.*

Phu parvum *Matth. 38.*

Phu vulgare *Tab. 455. ic. Matth.*

Var. Valeriana foliis anguſtioribus *Riv. mon.*

Baldrian, Katzenwurzel.

In pratis paluſtribus vulgatiſſima, *auf den Schönfelder und Gerber Wieſen.* Var. *im Bienitz* et quidem in collibus *nach den Wieſen zu*, floret Iun. Iul. perennis.

98. Valeriana foliis imis oualibus, ſuperioribus plerumque pinnatis, ſexu diſtincta *Hall. 663.*

Valeriana foliis caulinis pinnatis, polygama *Linn. Cliff. 16. Roy. 235.*

Valeriana dioica *Linn. Fl. Suec. 31.*

Mas.

Mas.

Valeriana paluſtris minor *C. B. P. 164. Tourn. 132. Boerh. I. 74.*

Valeriana minor *Riv. mon. bene.*

Phu minimum *Matth. 39.*

Phu minus *Tab. 455. eadem.*

Foemina.

Valeriana paluſtris inodora parum laciniata *C. B. Prodr. 186.*

Valeriana aquatica minor, flore minore *Tourn. 132.*

Valeriana paluſtris foliis ſubrotundis *Gottſch. 279. ic. 84.*

Valeriana flore exiguo *Riv. mon.*

In pratis paluſtribus & ſpongioſis, *auf den Schönfelder Wieſen*, floret Majo, perennis.

Iure monet *Hallerus* in mare foeminina, in foemina maſculina organa imperfecta adeſſe, id quod adeo ſingulare vix videtur, cum major floſculorum numerus in compactum nimis capitulum cogatur, ita enim ſuccus flores minus ſufficienter nutrire et extricare valet.

VALERIANELLA. D. G. 186.

99. Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis, rariter inciſis, ſeminis mucrone ſimplici *Hall. 666.*

Valerianella aruenſis praecox humilis, ſemine compreſſo *Tourn. 132. Boerh. I. 75.*

Valeriana campeſtris inodora maior *C. B. P. 165.*

Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis, integris, fructu ſimplici *Linn. Cliff. 16. Roy. 235.*

Valeriana caule dichotomo, foliis linearibus, floribus triandris *Linn. El. Succ. 32.*

Locuſta agnina I. II. *Tab. 460.*

Locuſta major et minor *Riv. mon. vtraque vix differt.*

Rapüntzgen,

Rapüntzgen, Nüßgenſallat.

Inter ſegetes et in aruis *auf dem Gickerlingsberge, hinter der Leimgrube*, floret Majo, annua.

GLADIOLVS. D. G. 187.

100. Gladiolus foliis enſiformibus *Linn. Cliff. 20. Vpſ. 16 Hall. 279.*

Gladiolus germanicus *Tab. 1024.*

Gladiolus floribus vnouerſu diſpoſitis *C. B. P. 41. Moriſ. II. 343. ſ. 4. t. 4. f. 4.*

Gladiolus ſ. Xiphion *I. B. II. 701.*

Gladiolus *Riv. mon. optime.*

Gladiolus caule ſimpliciſſimo, foliis enſiformibus *Roy. 19.*

In pratis pinguioribus et ſubhumidis *hinter klein Dölzig*, aeſtate floret, perennis.

III. TETRANTHERAE.

MONOSTYLAE.

A. FRVCTV GYMNOSPERMO.

TEVCRIVM. D. G. 190.

101. Teucrium foliis ſeſſilibus, ſerratis, mollibus, floribus ex alis binis.

Teucrium foliis ouato lanceolatis ſerratis ſeſſilibus, floribus ſaepius binis *Linn. Cliff. 302. Roy. 306.*

Scordium *Matth. 613. Tab. 1144. eadem. Dod. 126. C. B. P. 247. Boerh. I. 183. Riv. mon. bene.*

Chamaedrys foliis ellipticis, ſerratis, mollibus, verticillis inter folia paucifloris *Hall. 631.*

Var. vide in *Tabernaemontano.*

Lachenknoblauch, Waſſerbathenig.

In foſſis pratorum, et locis paludoſis, *auf der Wieſe linker hand nach den Kuhthürme, auch vor dem Streitholze*, floret Iulio, perennis.

Cadauèra

Cadauera eo in loco, vbi Scordium naſcitur, ſepulta non tam cito computruiſſe, quam quidem alias fieri ſolet *Galenus* perhibet.

BVGVLA. D. G. 191.

102. Bugula foliis ouatis, inter flores ſtipatis, flagellis repens *Hall. 634.*

Bugula *Dod. 135. Boerh. I. 184. Riv. mon. bene.*

Conſolida media *Matth. 683. I. Tab. 945. ic. Matth.*

Conſolida media pratenſis coerulea *C. B. P. 260.*

Teucrium foliis obuerſe ouatis crenatis, caule ſimpliciſſimo, ſtolonibus reptatricibus *Linn. Cliff. 301. Roy. 306.*

Güntzel.

In pratis frequens, flore coeruleo vulgatiſſima, flore albo *bey Gundorff.* Variat quoque flore purpureo et carneo; rarius tamen inuenitur; in pratis *vor dem Streitholze*, floret Majo. perennis.

103. Bugula foliis anguloſe dentatis, caule ſimplici *Hall. 635.*

Bugula hirſuta geneuenſis *Moriſ. III. 391. ſ. 11. t. 5. f. 3.*

Bugula montana *Riv. mon. optime.*

Conſolida *II. Tab. 945.*

Conſolida media geneuenſis *I. B. III. b. 432.*

Ajuga tetragonopyramidalis *Linn. Fl. Suec. 475.*

In pratis montoſis *auf dem Gickerlingsberge*, *auf dem Berge bey Mekern*, floret Majo, perennis.

Hanc pro varietate n. 102. habet *Linnaeus* in *H. Cliff.* ſeparatim tamen in *Fl. Suecica* exhibuit. Cur vero hanc ad Ajugam, illam ad Teucrium reduxerit, et ita genere ſeparauerit, me latere profiteor. Differt a praecedente, notante *Hallero*, ſtolonum defectu, caule latiori, toto cum foliis villoſo, foliis magnis dentibus inciſis.

104. Bu-

104. Bugula foliis trifidis, floribus ſparſis in alis foliorum *Hall. 634.*

Chamaepytis *Matth. 670. Riv. mon. bene.*

Chamaepytis major *Tab. 776. ic. Matth.*

Chamaepytis lutea vulgaris ſ. folio trifido *C. B. P. 249. Moriſ. III. 425. ſ. 11. t. 22. f. 1. Boerh. I. 183.*

Teucrium foliis ſimpliciter trifidis *Linn. Cliff. 301. Roy. 306.*

Teucrium foliis linearibus trifidis integerrimis *Linn. H. Vpſ. 160.*

Arenoſo et ſabuloſo gaudet ſolo, rariſſime hic ſponte deprehenditur *bey dem Zweynauendorffer Holze*, floret Iulio, annua.

LAMIVM. D. G. 192.

105. Lamium foliis ſuperioribus amplexicaulibus, inciſis *Hall. 641.*

Lamium folio caulem ambiente minus *C. B. P. 221. Moriſ. III. 386. ſ. 11. t. 11. f. 12. Boerh. I. 158.*

Lamium foliis floralibus ſeſſilibus, amplexicaulibus obtuſis *Linn. Cliff. 314. Roy. 319.*

Alſines ſpecies *Tab. 1090.*

Galeopſis folio caulem ambiente *Riv. mon. bene.*

Var. Galeopſis folio caulem ambiente minus *Riv. mon.*

In ſatis et aruis paſſim, floret aeſtate, annua.

Differt a ſequente foliis rotundioribus, quodammodo inciſis, tubo floris longiſſimo et barba picta.

106. Lamium foliis cordatis, obtuſis, in ſummo caule congeſtis *Hall. 641.*

Lamium purpureum foetidum folio ſubrotundo *C. B. P. 230. Boerh. I 157.*

Lamium annuum vulgare rubrum *Moriſ. III. 385. ſ. 11. t. 11. f. 9.*

Lamium foliis cordatis, obtuſis, petiolatis *Linn. Cliff. 314. Roy. 319.*

Galeopſis

Galeopsis *II. Tab. 924.*
Galeopsis minor *Riv. mon.*
Var. Lamium foetidum album *Boerh.*
Todte Nessel, taube Nessel.

In Cultis et aruis frequens, floret Aprili et successiue per totam aestatem, annua.

Genicula caulis superiora, quibus flores adhaerent, densius combinantur, inferiora magis distant, quo differt a sequente,

107. Lamium foliis diffitis, cordatis, acutis *Hall. 640.*
Lamium purpureum *Tab. 923. ic. Matth.*
Lamium purpureum vel album non foetens folio oblongo *C. B. P. 231. Boerh. I. 157.*
Lamium foliis cordatis, acuminatis, serratis, petiolatis *Linn. Cliff. 314. Roy. 319.*
Galeopsis *Matth. 791. Riv. mon. bene.*
Var. 1) Lamium album *Tab.*
2) Lamium maculatum, est morbus hyeme se offerens.

Ad fossas et sepes, Aprili ad autumnum, perennis.

GALEOPSIS. D. G. 193.

108. Galeopsis foliis longe ellipticis, subhirsutis *Hall. 645.*
Galeopsis patula segetum flore purpurascente. *Tourn. 185. Boerh. I. 162.*
Galeopsis ramis summis pubescentibus *Linn. Cliff. 314. Roy. 319.*
Ladanum segetum *Riv. mon. ic. b.*
Var. Ladanum segetum folio latiore *Riv. mon.*

Inter segetes passim, flore albo copiose occurrit in agris *hinter Brandis*, floret aestate, annua.

109. Galeopſis folio et caule fulcrato hiſpidis, flore duplo calyce longiore *Hall. 644.*

Galeopſis ramis ſummis ſtrigoſis *Linn. Cliff. 314. Roy. 319.*

Cannabis ſpuria *Riv. mon.*

Vrtica aculeata foliis ſerratis *C. B. P. 232.*

Cannabina flore purpuraſcente *Boerh. I. 159.*

Ad ſepes et rudera, itemque inter fruticeta, floret aeſtate, annua.

110. Galeopſis foliis et fulcrato caule hiſpidis, flore calyce quadruplo longiore bicolore *Hall. 644.*

Cannabina flore magno luteo, labiis purpureis *Boerh. I. 159.*

Cannabis ſpuria flore majore *Riv. mon.*

In riuulorum marginibus et ſalicetis, *auf den Schönfelder Wieſen*, floret Iun. Iul. annua.

Ad priorem propius accedit, cum qua etiam conjungit *Linnaeus*, flos vero duplo major, et elegantter pictus.

STACHYS. D. G. 194.

111. Stachys foliis oblongo cordatis, floribus verticillatis *Linn. Cliff 309. Roy. 317.*

Stachys *Tab. 767.*

Stachys major germanica *C. B. P. 236. Tourn. 186. Boerh. I. 153.*

Stachys montana *Riv. mon ic. b.*

Stachys foliis tomentoſis albis, verticillis denſiſſimis, ad baſin exſectis, longe decreſcentibus *Hall. 643.*

Stachys verticillorum floſculis quadraginta, caule lanato *Linn. H. Vpſal. 170.*

Stachys verticillis ſexfloris, foliis oblongo cordatis *Wachend. 134.*

Pſeudo-

Pseudo-Stachys *Matth. 605.*

In agris montosis, sterilioribus, *um Rückmarschdorff*, Iul. Aug. perennis.

112. Stachys foliis cordatis, acuminatis, petiolatis, floribus laxe spicatis *Linn. Cliff. 309. Roy. 317. Hall. 642.*

Stachys syluatica *Riv. mon. optime.*

Stachys verticillis sexfloris, foliis cordatis petiolatis *Linn. Fl. Suec. 489.*

Vrtica V. herculea *Tab. 921.*

Lamium maximum syluaticum foetidum *C. B. P. 231.*

Galeopsis procerior foetida syluatica *Tourn. 184. Boerh. I. 162.*

Ad sepes et in dumetis, *im Rosenthale*, Iun. Iul. perennis.

113. Stachys verticillis spicatis, foliis subhirsutis, ellipticis, ad basin emarginatis *Hall. 643.*

Stachys aquatica *Tab. 767.*

Stachys palustris foetida *C. B. P. 236. Morif. III. 383. f. 11. t. 10. f. 16.*

Stachys palustris *Riv. mon. bene.*

Stachys foliis lineari lanceolatis, sessilibus, basi emarginatis *Linn. Cliff. 309. Roy. 317.*

Stachys verticillis sexfloris, foliis lineari lanceolatis, semi amplexicaulibus *Linn. Fl. Suec. 490.*

In agris, syluis et cultis humidioribus, *im Rosenthale*, floret Iun. Iul. perennis.

LEONVRVS. D. G. 198.

114. Leonurus foliis ouatis, serratis, acutis *Linn. Cliff. 313. Roy. 312.*

Lamium folio oblongo luteum *C. B. P. 231. Morif. III. 385. f. 11. t. 11. f. 5.*

Lamium flore luteo *Riv. mon.*

Galeopsis s. Vrtica iners flore luteo *I. B. III. b. 323. Tourn. 185. Boerh. I. 162.*

Cardiaca foliis cordiformibus *Hall. 640.*

Foliis maculis notatis variat, hinc plures varietates.

In nemoribus et opacis, Majo et Iunio florens reperitur *im Rosenthale und Streitholze*, perennis.

CARDIACA. D. G. 199.

115. Cardiaca *Matth. 790. ic. b. Tab. 935. eadem. Dod. 94. I. B. III. b. 320. Tourn. 186. Boerh. I. 180. Riv. mon.*

Cardiaca foliis trilobatis *Hall. 639.*

Marrubium cardiaca dictum *C. B. P. 230. Morif. III. 378. s. 11. t. 9. f. 18.*

Leonurus foliis caulinis lanceolato tribolis *Linn. Cliff. 313. Roy. 312.*

Herzgespan, Wolfsfuß.

Ad sepes et rudera, *im Poetengange*, floret Iul. Aug. perennis.

BRVNELLA. D. G. 201.

116. Brunella foliis dentatis, spica folio minore *Hall. 636.*

Brunella *Dod. 136. Riv. mon.*

Brunella major folio non dissecto *C. B. P. 260. Boerh. I. 169.*

Brunella bracteis cordatis *Linn. Cliff. 316. Roy. 314.*

Prunella *Tab. 943. ic. Matth.*

Consolida minor *Matth. 684. ic. b.*

Prunellen, Braunellen.

In pratis, pascuis, et syluis, *auf den Rosenthaler Wiesen*, floret Iun. Iul. perennis.

Rarius occurrit flore albo, foliis integris, serratis atque laciniatis variat, hinc probabile videtur Brunellam foliis imis integris, superioribus laciniatis, paruifloram *Hall. 637.* hujus forsan esse varietatem.

117. Bru-

117. Brunella foliis integris, vix dentatis, ſpica foliis majori *Hall. 637.*

Brunella coerulea magno flore *C. B. P. 261. Boerh. I. 169.*

Brunella flore majore *Riv. mon. ic. b.*

Prunella flore magno folio non laciniato *I. B. III. b. 429.*

Habitat *in Bienitz unten an der Wieſe*, floret Iul. Aug. perennis.

Linnaeus ad praecedentem refert, quia omnes grandifloras plantas vti varietates conſiderat. Cultura vero eam minime mutari conſtat. Et haec foliorum diuiſura ludit, hinc Brunella foliis imis integris, ſuperioribus laciniatis, grandiflora *Hall.* forte huius varietas.

CASSIDA. D. G. 202.

118. Caſſida foliis lanceolatis, ſerratis, floribus binis.

Caſſida paluſtris vulgatior flore coeruleo *Tourn. 182. Boerh. I. 177.*

Caſſida foliis cordatis, longe decreſcentibus, ſerratis, floribus gemellis *Hall. 635.*

Tertionaria *Tab. 767. bene.*

Lyſimachia coerulea, galericulata, *C. B. P. 246.*

Scutellaria *Riv. mon. pulchre.*

Scutellaria foliis cordatis, lanceolatis, crenatis *Linn. Cliff. 316. Roy. 310.*

Feberkrauth.

Ad fluviorum lacuumque ripas, in ſalicetis, floret Iun. Iul. Aug. perennis.

119. Caſſida foliis integerrimis.

An Caſſida paluſtris minima *Lind. Alſat. 216. t. 9?*

Scutellaria folio non ſerrato *Riv. mon.*

Scutellaria foliis integerrimis, inferioribus haſtatis, ſuperioribus ſagittatis *Linn. Fl. Suec. 500. deſcriptio.*

In paludosis et opacis, cum praecedente floret, perennis.

BETONICA. D. G. 203.

120. Betonica foliis inter verticillos, in vertice congestos, breuissimis et integris *Hall. 646.*
Betonica *Matth. 672. Tab. 931. eadem. Dod. 40. Riv. mon. Linn. Cliff. 310.*
Betonica purpurea *C. B. P. 235. Boerh. I. 154.*
Betonica corollarum lacinia intermedia labii inferioris emarginata *Roy. 316. Linn. Fl. Suec. 487.*
Var. 1) Betonica alba *C. B. P.*
2) Betonica flore carneo *Boerh.*
Betonien, Batenige.
In pratis, in primis siccioribus, *auf den Wiesen nach dem Kuhthurme, im Gundorffer Holze nach der Wiese zu.* Varietates passim in pratis *der Ziegelscheune über* cum Filipendula. Iun. Iul. viget, perennis

121. Betonica foliis inter dissitos verticillos longioribus, ellipticis, serratis *Hall. 645.*
Betonica verticillata calycibus spinosis *Linn. H. Vpf. 165.*
Alyssum III. majus *Tab. 929. ic. b.*
Sideritis aruensis latifolia glabra *C. B. P. 233. Morif. III. 389. f. 11. t. 12. f. 14. Boerh. I. 171.*
Sideritis flore albo, barba luteola *Riv. mon.*
Stachys foliis lanceolatis sessilibus, basi adtenuatis *Linn. Cliff. 310. Roy. 317.*
Gliedkraut.
Inter segetes et in agris oleraceis *in den Kohlgärten,* floret aestate, annua.

BALLOTE. D. G. 204.

122. Ballote *Matth. 601. Tourn. 185. Boerh. I. 175. Hall. 648.*

Ballota

Ballota *Linn. Cliff. 311. Roy. 315.*

Ballota foliis cordatis, indiuiſis, ſerratis *Linn. Fl. Suec. 484.*

Marrubiaſtrum *Tab. 926. ic. Matth. Riv. mon.*

Marrubium nigrum ſoetidum. Ballote Dioſc. *C. B. P. 230. Moriſ. III. 377. ſ. 11. t. 9. f. 14.*

Var. Ballote flore albo *Tourn.*

Schwarzer Andorn.

Ad ſepes et in ruderibus incultis paſſim, flore albo *bey dem Hälliſchen Thore*, floret Iun. Iul. perennis.

CATARIA. D. G. 205.

123. Cataria foliis cordatis, petiolatis, verticillis ſpicatis *Hall. 649*

Cataria maior vulgaris *Tourn. 202. Boerh. I. 174.*

Herba Gattaria *Matth. 530.*

Mentha felina I. *Tab. 732. ic. Matth.*

Mentha Cataria vulgaris *C. B. P. 228. Moriſ. III. 414.*

Nepeta *Riv. mon. optime.*

Nepeta floribus interrupte ſpicatis, pedunculatis *Linn. Cliff. 310. Roy. 316.*

Katzenmünze.

In ſepibus et circa pagos *in den Kohlgärten*, fl. Iun. Iul. perennis.

SATVREIA. D. G. 209.

124. Satureja pedunculis biſloris *Linn. Vir. 57. Roy. 324.*

Satureja *Dod. 288. ic. b. Riv. mon. optime.*

Satureja ſatiua *I. B. III. b. 272. Tourn. 197. Boerh. I. 161.*

Thymus erectus, annuus, foliis lanceolato linearibus *Linn. Cliff. 306.*

Gartenyſop, Saturey.

In hortis ſponte prouenit, interdum et in agris oleraceis aeſtate reperitur, annua.

THYMVS. D.G. 210.

125. Thymus floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis, obtusis, basi ciliatis *Linn. El. Suec. 477.*

Thymus repens, foliis planis, floribus verticillato spicatis *Linn. Cliff. 306. Roy. 325.*

Thymus verticillis in summis ramis congestis, foliis oualibus, basi ciliatis, flore minore *Hall. 654.*

Serpillum I. *Matth. 533. Tab. 746. eadem.*

Serpillum vulgare *I. B. III. 268. Morif. III. 403. f. 11. t. 17. f. 1. bene.*

Serpillum vulgare minus *C. B. P. 220. Tourn. 197. Boerh. I. 155.*

Varietatum copia insignis auctorumque nomina confusa.

Var. 1) Serpillum vulgare majus *C. B. P.*

2) Serpillum vulgare flore albo *Tourn.*

3) Serpillum citratum *Riv.*

4) Serpillum hirsutum *C. B. P.*

Conf. *Rivinum in Monopetalis Tab. 41. 42.*

Quendel, Feldkümmel.

Passim juxta vias, Var. 2) *auf dem Gickerlingsberge*, 3) *in der Leimgrube*, 4) ad sepes *nach Schönfeld*, floret Iun. Iul. Aug. perennis.

126. Thymus floribus verticillatis, pedunculis vnifloris, caulibus erectis, subramosis, foliis acutis, serratis *Linn. Fl. Suec. 478.*

Thymus caulibus vix ramosis, foliis ouatis, acutis, pedunculis pluribus unifloris *Linn. Cliff. 306. Roy. 325.*

Pseudo Clinopodium *Matth. 595.*

Clinopodium aruense ocymi facie *C. B. P. 225. Tourn. 195.*

Clinopodium verticillis paucifloris ab imo ad summum dispersis *Hall. 654.*

Acinos *Riv. mon. bene.*

In

In arido et glareoſo ſterili ſolo, *auf dem Sandberge an dem Bienitz*, Iun. Iul. annua.

MARRVBIVM. D. G. 212.

127. Marrubium denticulis calycinis ſetaceis, vncinatis *Linn. Cliff. 312. Roy. 315. Hall. 648.*

Marrubium *Matth. 604. Dod. 88. Riv. mon. optime.*

Marrubium I. album *Tab. 925.*

Marrubium album vulgare *C. B. P. 230. Moriſ. III. 376. ſ. 11. t. 9. f. 1. Boerh. I. 156.*

Weiſſer Andorn.

Ad ſepes et in areis pagorum ſicciori ſolo creſcit *in den kleinen Kohlgärten*, Iun. Iul. Aug. perennis.

Hanc plantam hyeme moſchum redolere refert *Dodonaeus.*

MENTHA. D. G. 217.

128. Mentha foliis ouato lanceolatis, verticillis paucis, ſupremo maximo *Hall. 658.*

Mentha rotundifolia paluſtris ſ. aquatica major *C. B. P. 227. Moriſ. III. 370. ſ. 11. t. 7. f. 6. ic. b. Boerh. I. 185.*

Mentha paluſtris ſpicata *Riv. mon.*

Mentha floribus capitatis, foliis ouatis, ſerratis, petiolatis *Linn. Cliff. 306. Roy. 325.*

Calamintha aquatica *Tab. 736.*

Bachmünze, Krötenmünze.

In aquoſis, foſſis paſſim *auf der Funkenburg*, Iul. Aug. perennis.

129. Mentha floribus verticillatis, foliis ouatis, acute ſerratis *Linn. Cliff. 307. Roy. 326. Hall. 658.*

Mentha aruenſis verticillata hirſuta *I. B. II. b. 217. Moriſ. III. 369. ſ. 11. t. 7. f. 5. Boerh. I. 185.*

Mentha verticillata *Riv. mon.*

Calamintha aruenſis I. *Tab. 735.*

Calamintha aruenſis verticillata *C. B. P. 229.*

In pratis aeque ac aruis madefactis *bey dem Gerberwaſſer*, floret Iul. Aug. perennis.

CLINOPODIVM. D. G. 218.

130. Clinopodium foliis ouatis, capitulis verticillatis *Linn. Cliff. 305. Roy. 313.*
Clinopodium vulgare *Matth. 595.*
Clinopodium I. *Tab. 737. eadem.*
Clinopodium origano ſimile *C. B. P. 224. Moriſ. III. 374. ſ. 11. t. 8. f. 1. Boerh. I. 158.*
Clinopodium *Riv. mon.*
Clinopodium verticillis denſiſſimis, diſſitis, foliis ex menta ouatis, acuminatis *Hall. 653.*
Var. Clinopodium origano ſimile flore albo *Tourn. 195.*

Wirbeldoſten.

Frequens in ſyluis et dumetis, earumque marginibus, *im Gundorffer Holze, an dem Graben bey der Gunnewitzer Schanze*, floret Iun. Iul. perennis.

CHAMAECLEMA. D. G. 219.

131. Chamaeclema caulibus procumbentibus, radicatis, foliis cordiformibus, petiolatis *Hall. 652.*
Chamaeclema vulgare *Boerh. I. 172.*
Hedera terreſtris *Matth. 467. ic. b. Tab. 1280. eadem. Riv. mon. major et minor.*
Hedera terreſtris vulgaris *C. B. P. 306. Moriſ. III. 409. ſ. 11. t. 21. f. 1.*
Glechoma foliis reniformibus, crenatis *Linn. Cliff. 307. Roy. 320.*
Var. 1) Chamaeclema majus hirſutius *Vaill. Par. 33. t. 6 f. 4.*
2) Calamintha humilior folio rotundiore flore purpureo *Tourn. 194.*

Don-

Donnerreben, *Gundermann.*

In vmbrosis, humidis et dumetis, *im Rosenthale*, varietas 2) *in dem Gehölze nahe bey Lindenau*, foliis variegatis rarissime *im Rosenthale* reperitur, floret Mart. April. perennis.

Singulari vi cereuisiam limpidam reddit et fermentationem prohibet *Blair.*

ORIGANVM. D. G. 221.

132. Origanum foliis ouatis, spicis laxis, erectis, confertis, paniculatim digestis *Linn. Cliff. 305. Roy. 323.*

Origanum vulgare *Matth. 519. bene. Tab. 726. eadem.*

Origanum syluestre, Cunila bubula Plinii *C. B. P. 223. Boerh. I. 179.*

Origanum vulgare spontaneum *I. B. III. b. 236.*

Origanum *Riv. mon.*

Origanum spicis folios, breuissimis, coloratis, vmbellatis *Hall. 656.*

Var. Origanum syluestre album *C. B. P.*

Dosten, *Wohlgemuth*, *Orant.*

In syluis, *in Bienitz*, floret Iun. Iul. perennis.

Herba lanas colore purpurascente tingit *Act. Stok. 1742. p. 24.*

VERBENA. D. G. 222.

133. Verbena foliis laciniatis, superioribus tripartitis, spicis angustissimis, longissimis *Hall. 661.*

Verbena communis flore coeruleo *C. B. P. 269. Boerh. I. 187.*

Verbena *Riv. mon. ic. b.*

Verbena foliis multifido laciniatis, spicis filiformibus *Linn. Cliff. 11. Roy. 327.*

Verbenaca *Matth. 742. bene.*

Verbenaca recta I. *Tab. 380. ic. Matth. Dod. 150.*

Eisen-

Eiſenhart, Eiſenkraut, Taubenkrauth.

Ad ſepes et vias paſſim *bey dem Gerberwaſſer*, floret Iul Aug. perennis.

B. FRVCTV ANGIOSPERMO.

SQVAMARIA. D. G. 227.

134. Squamaria *Riv. mon. ic. b. Hall. 611.*

Dentaria *Matth. 685. Tab. 1231. eadem.*

Anblatum Cordi ſ. αφυλλος *I. B. II. 383.*

Orobanche radice dentata major *C. B. P. 88.*

Lathraea caule ſimpliciſſimo, corollis nutantibus, labio inferiore trifido *Linn. Fl. Suec. 518.*

Schnapperwurz, Anblat, Freiſamkraut.

In locis opacis ad arbores et ſub earum arefactis foliis, ob coloris obſcuritatem ab hiſce non facile dignoſcitur, *an dem Gonnewitzer oder Streitdamm*, floret April. perennis.

LIMOSELLA. D. G. 238.

135. Limoſella *Linn. Fl. Lapp. 249. Hall. 609.*

Plantaginella paluſtris *C. B. P. 190.*

Plantaginella *Rupp. Fl. Ien. 23. t. 6. p. 23.*

Spergula perpuſilla lanceolatis foliolis *Gottſch. p. 261. ic. 81.*

Vbi per hyemem aquae ſtagnarunt, *bey dem Linkeler Hölzgen*, Iun. Iul. annua.

PEDICVLARIS. D. G. 241.

136. Pedicularis caule ramoſo, erecto, calyce bifido *Hall. 621.*

Pedicularis *Tab. 1180. Riv. mon. optime.*

Pedicularis pratenſis purpurea *C. B. P. 163. Boerh. I. 235.*

Pedicularis paluſtris rubra elatior *Moriſ. III. 428. Roedelkrauth.*

In pratis humidioribus et ericetis paluſtribus *auf den Schönfelder Wieſen*, Iul. Aug. perennis.

137. Pe-

137. Pedicularis caule ramoſo, procumbente, floribus ſparſis, obtuſis *Hall. 622.*

Pedicularis purpurea paluſtris ſ. pratenſis vulgaris humilior *Moriſ. III. 427. ſ. 11. t. 23. f. 13.*

Pedicularis minor *Riv. mon. Dill. Nov. Spec. 40.*

Fiſtularia *Dod. 546. bene.*

An Pedicularis caule ramoſo, floribus ſolitariis remotis *Linn. Cliff. 326. Roy. 298. Nomen huic quam maxime conuenit, ſynonyma vero ad praecedentem referenda.*

In paſcuis ſiccioribus, floret cum praecedente.

Has plantas ſpecie differre dicit *Hallerus*, niſi forte ſolum ſiccius hanc mutationem effecerit.

Haec, nullo modo ramoſa dici poteſt, in medio enim ſurgit caulis erectus, circum circa aliis repentibus cinctus.

ALECTOROLOPHVS D. G. 242.

138. Alectorolophus calycibus hirſutis, foliis inter flores latioribus *Hall. 624.*

Pedicularia lutea *Tab. 180. ic. b.*

Pedicularis lutea pratenſis elatior et majoribus foliis *Moriſ. III. 426.*

Criſta galli mas *I. B. III. 436.*

Hahnenkam.

In pratis humidioribus *auf den Roſenthaler Wieſen,* Maj. annua.

Semina hujus plantae in ſiccum ſolum projecta, proximo anno ſequentem exhibere ſpeciem, hinc modo varietates eſſe concludit *Linnaeus*, an experimentum ipſe fecerit, ignoro, folia vero in hac latiora, floresque ampliores eſſe certo conſtat.

139. Alectorolophus calycibus glabris, foliis inter flores latioribus *Hall. 624.*

Criſta galli foemina *I. B. III. b. 436.*

Criſta galli *Riv. mon.*

Pedicu-

Pedicularis pratenſis lutea, ſ. Criſta galli *C. B. P. 163. Moriſ. III. 426. ſ. 11. t. 23. f. 1. Boerh. I. 235. Tourn. 172.*

Rhinanthus corollarum labio ſuperiore breuiore *Linn. Cliff. 325. Roy. 298.*

In paſcuis et pratis *in der Leimgrube*, quandoque inter ſegetes, vbi farinum coeruleo colore inficere creditur, Iun. Iul. annua.

Flores ad vnum magis latus vergunt, humilior eſt, foliis anguſtioribus, floribus multum minoribus.

MELAMPYRVM. D. G. 244.

140. Melampyrum ſpica laxiſſima, foliis inter flores laciniatis, patentibus *Hall. 626.*

Melampyrum coma coerulea *C. B. P. 234. Moriſ. III. 429. ſ. 11. t. 23. f. 5.*

Melampyrum ſyluaticum *Riv. mon.*

Melampyrum foliis floralibus cordato lanceolatis, ſummis coloratis, calycibus lanatis *Linn. Fl. Suec. 512.*

In ſyluis paſſim *in dem Meckeriſchen Holze*, floret aeſtate, annua.

Folia comae quandoque alba ſunt, et ob hanc colorum miſcelam dicitur *Tag und Nacht, Kühweitzen.*

141. Melampyrum ſpica denſa longiori, foliis inter florem laciniatis, adſcendentibus *Hall. 626.*

Melampyrum purpuraſcente coma *C. B. P. 234. Moriſ. III. 428. ſ. 11. t. 23. f. 1. Boerh. I. 236.*

Melampyrum aruenſe *Riv. mon.*

Melampyrum foliis laciniatis, laxe ſpicatis *Roy. 298.*

Melampyrum ſpicis conicis, laxis, laceris *Linn. Fl. Suec. 511.*

Wachtel-

Wachtelwaytzen.

Inter segetes *um die Gonnewitzer Schanze, auch hinter Gundorff*, floret Iun. Iul. annua.

Hujus semen frumentis permistum, farinam coeruleo colore inficit.

ODONTITES. D. G. 245.

142. Odontites foliis inter flores serratis *Hall. 627.*

Odontites *Tab. 554. Riv. mon.*

Euphrasia pratensis rubra *C. B. P. 234. Morif. III. 431. f. 11. t. 24. f. 10. Boerh. I. 236.*

Euphrasia parua purpurea *I. B. III. b. 433.*

Euphrasia foliis lanceolatis *Linn. Cliff. 326. Roy. 299.*

In aruis et pascuis *auf den Schönfelder Wiesen*, floret Iul. Aug. annua.

ANTIRRHINVM. D. G. 247.

143. Antirrhinum foliis linearibus, adscendentibus, congestis, ramis spica florali densa terminatis *Hall. 614.*

Antirrhinum foliis linearibus sparsis *Cliff 324.*

Antirrhinum foliis lanceolato linearibus, confertis, caule erecto, spicis terminatricibus sessilibus floribus imbricatis *Roy. 297. Linn. Fl. Suec. 501.*

Osyris *Matth. 837. bene.* major. *Tab. 1210. eadem.*

Linaria *Dod. 183. Riv. mon. optime.*

Linaria vulgaris lutea flore majore *C. B. P. 212. Morif. II. 499. f. 5. t. 12. f. 10. non bene. Tourn. 170. Boerh. I. 231.*

Leinkraut, Flachskraut, Harnkraut.

Ad sepes et in agrorum marginibus *auf den Aeckern bey Golitz*, Iul. Aug. perennis.

Haec alibi grauiter, apud nos vero non ita vehementer foetet, et propter ea venenata esse creditur.

In

In Suecia flos muſcarum dicitur, quod flores in feneſtris ruſticorum muſcis objiciuntur, vt inde pereant. *Linnaeus.*

144. Antirrhinum foliis longis, obtuſis, viſcidis, caule erecto, ramoſiſſimo, calcare breui *Hall. 615.*

Antirrhinum III. *Matth. 830.*
Antirrhinum aruenſe minus *C. B. P. 212.*
Antirrhinum foliis lanceolatis, obtuſis, alternis, caule diffuſo, ramoſiſſimo *Linn. Cliff. 324. Roy. 295.*
Linaria aruenſis minima *Riv. mon.*
In agris et muris paſſim, floret aeſtate, annua Nectarium in hac ſpecie reflectitur.

145. Antirrhinum floribus ſparſis, ſeſſilibus, calyce breuioribus, calcare deſtitutis *Hall. 615.*

Antirrhinum IV *Matth. 830.*
Antirrhinum aruenſe majus *C. B. P. 212. Tourn. 168.*
Antirrhinum aruenſe *Riv. mon. bene.*
Antirrhinum foliis lanceolatis, petiolatis, calycibus florem ſuperantibus *Linn. Cliff. 324. Roy. 295.*
Antirrhinum corollis acaudatis calycibus corolla longioribus *Linn. H. Vpſ. 176.*
Var. Antirrhinum aruenſe majus flore albo *Tourn.*
Hundskopff, Dorant, Kalbsnaſſe.
In aruis et inter ſegetes, aeſtate, annua.

146. Antirrhinum foliis imis conjugatis, ſuperioribus alternis, oualibus *Hall. 613.*

Antirrhinum foliis alternis ouatis *Linn. Cliff. 323. Roy. 295.* caule flaccido *Linn. H. Vpſ. 175.*
Veronica foemina *Matth. 514.*
Elatine folio ſubrotundo *C. B. P. 252.*

Linaria

Linaria hirſuto folio ſubrotundo flore ex herbido flaueſcente *Moriſ. II. 503. ſ. 5. t. 14. f. 27. Boerh. I. 232.*

In aruis et agris, ad pagum *Zſchöſen*, aeſtate, annua.

147. Antirrhinum foliis imis conjugatis, ſuperioribus alternis, ad baſin hamatis *Hall. 613.*

Antirrhinum foliis alternis haſtatis *Linn. Cliff. 323. Roy. 295.* caule flaccido *Linn. H. Vpſ. 175.*

Elatine *Matth. 716.*

Linaria hirſuto folio acuminato, in baſi auriculato *C. B. P. 253. Moriſ. II. 503. ſ. 5. t. 14. f. 28.*

Cum praecedente, *auch bey der Leimgrube*, annua.

EVPHRASIA. D. G. 248

148. Euphraſia foliis ouatis, acute dentatis *Roy. 299. Hall. 628.*

Euphraſia *Matth. 721. ic. b. Tab. 1246. eadem. Dod. 54. I. B. III. 432. Riv. mon.*

Euphraſia officinarum *C. B. P. 233. Moriſ. III. 430 ſ. 11. t. 24. f. 1. Boerh. I. 235.*

Euphraſia caule ramoſo, foliis ouatis, acute dentatis *Linn. Cliff. 325.*

Var. Euphraſia minor *Dill. Nov. Spec. 53.*

Augentroſt.

Naſcitur locis herboſis, humidis, *auf den Schönfelder und Roſenthaler Wieſen.* Varietas humilior, non ramoſa in ſterilioribus locis, *nach dem Vniuerſitätsholze*, Iul. Aug. annua.

Ex ſuperſtitione forte ad oculorum morbos mire laudatur.

SCROPHVLARIA. D. G. 252.

149. Scrophularia foliis cordatis, oppoſitis, racemo terminatrici *Linn. Cliff. 322. Roy. 293.*

Scrophularia *Matth. 791. Dod. 50. Riv. mon.*

Scrophularia major *Tab. 930. ic. Matth.*

Scrophularia nodosa foetida *C. B. P. 235. Morif. II. 482. f. 5. t. 8. f. 3. Boerh. I. 234.*

Scrophularia foliis cordatis, conjugatis, caule et ramis spica nuda paniculata terminatis *Hall. 619.*

Braunwurz, schwarzer Nachtschatten.

Ad sepes et in syluis passim, *im Rosenthale*, floret aestate, perennis.

150. Scrophularia foliis conjugatis, ex elliptico decrescentibus, caule et ramo paniculatis, nudisque spicis terminatis *Hall. 618.*

Scrophularia aquatica major *C. B. P. 235. Gottsch. 248. t. 75.*

Scrophularia radice fibrosa *Morif. II. 482. f. 5. t. 8. f. 4. Boerh. I. 234.*

Betonica aquatica *Tab. 934. Dod. 50.*

Wasser Betonien, weiser Nachtschatten.

Ad riuulos, *bey dem Bienitz*, floret aestate, perennis.

Didicit per experimenta *Marchantius* hanc Liquitaiam esse Brasilienſium, qua sapor foliorum Sennae nauseosus corrigitur, viribus eorundem non mutatis. Vid. *Acad. des Sciences 1701. p. 275* et *Lochner* in *Epheremid. Nat. Cur. Cent. VII. obs. 65.*

IV. PENTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

ECHIVM. D. G. 270.

151. Echium foliis lingulatis, hispidis, ex singulis alis spicatum *Hall. 513.*

Echium *Matth. 705. Riv. mon. optime.*

Echium vulgare *C. B. P. 254. I. B. III. b. 586. Morif. III. 440. s. 11. t. 27. f. 1. non bene Boerh. I. 194.*

Echium caule simplici, foliis caulinis lanceolatis hispidis, floribus spicatis lateralibus *Linn. Cliff. 43. Roy. 407.*

Wilde

Wilde Ochſenzunge.

In locis campeſtribus et ad vias, Iun. Iul. videtur biennis.

Varietates ferme tot, quot indiuidua exiſtunt, ſunt enim aliae majores, minores aliae, nunc erectae, nunc procumbentes, aſperae et laeues, floribus coeruleis, vel albis, quas omnes pro ſpeciebus habuere veteres.

VERBASCVM. D. G. 274.

152. Verbaſcum foliis vtrinque tomentoſis, decurrentibus *Roy. 421. Linn. Fl. Suec. 186.*

Verbaſcum I. *Matth. 800. bene Tab. 955. eadem.*

Verbaſcum vulgare flore luteo magno, folio maximo *I. B. III. b. 855.*

Verbaſcum mas latifolium luteum *C. B. P. 239. Boerh. I. 227.*

Verbaſcum caule ſimplici ſuperne floribus ſeſſilibus clauato, foliis vtrinque lanigeris *Linn. Cliff. 55.*

Verbaſcum foliis ouato acutis, vtrinque tomentoſis, floribus in ſpica denſiſſima ſeſſilibus *Hall. 507.*

Wollkraut, Königskerze.

In locis arenoſis, ſterilibus, *auf dem Walle beym Grimmiſchen Thore*, floret Iul. Aug biennis.

153. Verbaſcum foliis ouatis, crenatis, ſubtus tomentoſis, caule angulato *Roy. 421. Linn. Fl. Suec. 187.*

Verbaſcum III. *Matth. 800.*

Verbaſcum IV nigrum *Tab. 956. Dod. 144. bene.*

Verbaſcum nigrum flore paruo apicibus purpureis *I. B. III. b. 857.*

Verbaſcum nigrum flore ex luteo purpuraſcente *C. B. P. 240. Boerh. I. 228.*

Verbaſcum foliis ouatis, ſubtus incanis, crenatis, ſpica laxa rarius ramoſa *Linn. Cliff. 54.*

Verbaſcum foliis ſerratis, ſuperne rugoſis, inferne ſubhirſutis, petiolis ramoſis, ſtaminum barba purpuraſcente *Hall 511.*

In ſalicetis et ad rivulorum margines, quandoque et ſyluis, *auf dem Gickerlingsberge*, Iul. floret, biennis.

Mirum certe colorem in hoc genere minus eſſe conſtantem, cum luteus, alias non facile mutabilis, in album, ferrugineum, obſcure purpureum et tandem denuo in luteum degeneret.

HYOSCYAMVS. D. G. 272.

154. Hyoſcyamus foliis amplexicaulibus *Linn. Cliff. 56. Roy. 422. Hall. 512.*

Hyoſcyamus albus *Matth. 750. ic. b.*

Hyoſcyamus I. *Tab. 969. ic. Matth. Riv. mon. optime.*

Hyoſcyamus vulgaris *I. B. III. b. 627.*

Hyoſcyamus vulgaris et niger *C. B. P. 169. Moriſ. II. 494. ſ. 5. t. 11. f. 1. Boerh. I. 229.*

Bilſenkraut, *Schlafkraut.*

In neglectis, ruderatis et ſecus vias paſſim, *bey dem Gerüchte*, floret Iun. Iul. annua.

Foetida eſt planta, oleo narcotico ſcatet; deliria mouet atque manias Vid. *Wepfer* de *Cicuta p. 230. Acad. des Scienc. 1737. obſ.* I. Iuvenem vidit *Hallerus p. 512.* qui omnia vegetabilium venena ſine noxa deglutiit, qui vero ab Hyoſcyamo mente alienatus fuit et alterum crus reſolutum habuit. Nicotianae non abſimilis eſt planta.

RAPVNCVLVS. D. G. 276.

155. Rapunculus foliis imis cordatis, ſuperioribus anguſtis, ſpica cylindrica, longiſſima *Hall. 498.*

Rapunculus ſpicatus *C. B. P. 92.*

Rapun-

Rapunculus ſpicatus comoſus albus et coeruleus itemque folio maculato *I. B. II. 809.*

Rapunculus corniculatus ſpicatus, ſ. alopecuroides *Morif. II. 463. ſ. 5. t. 5. f. 46.*

Rapunculus corniculatus ſpica longiore *Riv. mon. optime.*

Gignitur in ſyluis et opacis, lutoſo ſolo, *in dem Vniuerſitætsholze*, Maj. Iun. perennis.

Ludit folio macula nigra tincto, ſpica duplici, et flore rarius violaceo. Haec fructum bilocularem, ſequens ſpecies trilocularem habet.

156. Rapunculus foliis imis cordatis, ſuperioribus oblongis, ſerratis, ſpica ouali *Hall. 498.*

Rapunculus corniculatus folio oblongo ſpica orbiculari *C. B. P. 92. Morif. II. 463. ſ. 5. t. 5. f. 47.*

Rapunculus flore globoſo purpureo *I. B. II. 810. icon aliena.*

Rapunculus corniculatus *Riv. mon. ic. b.*

Rapuntium montanum rarius corniculatum *Col. Ecphr. 223. bene.*

In ſyluis et pratis montoſis, *auf der Wieſe bey dem Gundorffer Holze*, copioſe *auf der Wieſe hinter groſs und klein Dölzig*, Maj. Iun. perennis.

CLAS-

CLASSIS III.

Plantae flore perfecto, monopetalo, compoſito, tubuloſo.

I. FLOSCVLI STAMINIBVS QVATVOR DISTINCTIS PRAEDITI.

DIPSACVS. D. G. 287.

157. Dipſacus foliis petiolatis appendiculatis *Linn. H. Vpſ. 25.*

Dipſacus ſylueſtris capitulo minore *C. B. P. 385. Moriſ. III. 168. ſ. 7. t. 36. f. 5. Boerh. I. 133.*

Dipſacus capitulis haemiſphaericis nudis *Hall. 672.*

Dipſacus capitulis florum ſubgloboſis *Linn. Cliff. 30. Roy. 188.*

Virga paſtoris *Matth. 493. Tab. 1071. eadem.*

Virga paſtoris vulgaris *I. B. III. a. 75.*

In marginibus pratorum, *hinter Leutſch*, floret Iul. Aug. biennis vel annua.

158. Dipſacus foliis connato perfoliatis *Linn. H. Vpſ. 25.*

Dipſacus ſylueſtris aut Virga paſtoris major *C. B. P. 385. Moriſ. III. 168. ſ. 7. t. 36. f. 3. Boerh. I. 133.*

Dipſacus ſylueſtris ſ. Labrum veneris *I. B. III. a. 74.*

Dipſacus capitulis florum conicis *Linn. Cliff. 29. Roy. 188.*

Dipſacus capitulis oualibus, calycis foliis ſulcatis dentatis, ariſtis glumarum rectis *Hall. 673.*

Labrum Veneris alterum *Matth. 493.*

Var. 1) Dipſacus folio laciniato *C. B. P. 385.*

2) Dipſacus ſatiuus *C. B. P.*

Kartendiſtel, Weberkarten.

In ruderibus et ad foſſas, *auf der Pfingſtwieſe*, flore albo occurrit *an den Wieſenrändern hinter Gundorff*

dorff nach der Bürger Aue, floret Auguſto, perennis.

Sativus foliis confluentibus, et aculeis rigidioribus diſtinguitur.

Aqua foliis contenta ad leues oculorum morbos laudatur. *Boerhaave.*

SCABIOSA. D. G. 289.

159. Scabioſa corollulis quadrifidis, foliis ouato lanceolatis, integris.

Scabioſa perennis noſtras praemorſa radice *Morif. III. 45. ſ. 6. t. 13. f. 7. folia placent.*

Scabioſa corollulis quadrifidis, caule ſimplici ramis approximatis foliis lanceolato ouatis *Linn. Cliff. 30. Roy. 188.*

Succiſa 1. Morſus diaboli *Matth. 464. ic. b.*

Succiſa glabra *C. B. P. 269.*

Succiſa foliis ad terram ouatis, ad caulem oblongis, parum dentatis *Hall. 671.*

Abbiſſ, *Teuffelsabbiſſ.*

In pratis, *auf dem Gickerlingsberge*, Auguſto floret, perennis.

Foliis viridi colore tingunt Oelandi *Act. Stockh. 1742. p. 27.*

160. Scabioſa corollulis quadrifidis, foliis inferioribus pinnatifidis, caulinis dentatis.

Scabioſa offic. *Matth. 689.*

Scabioſa flore ex coeruleo purpureo *Tab. 441.* et forſan Scabioſa aruenſis *Tab. 442. ic. Matth.*

Scabioſa pratenſis hirſuta quae officinar. *C. B. P. 269. Tourn. 464. Boerh. I. 129.*

Scabioſa corollulis quadrifidis, corollis radiatis, caule hiſpido *Linn. Cliff. 31. Roy. 188.*

Scabioſa caule et foliis ſubhirſutis imis ouatis ſuperioribus ſemipinnatis *Hall. 669.*

Apoſtenkraut, *Scabioſen.*

In pratis cum praecedente, vigit aeſtate, perennis.

161. Scabioſa corollulis quinquifidis, foliis radicalibus ouato crenatis, caulinis pinnatis ſetaceis *Linn. Cliff. 31. Roy. 189.*

Scabioſa minor *Matth. 688. ic. b. I-IV. Tab. 443.*

Scabioſa capitulo globoſo major et minor *C B. P. 270. Moriſ. III. 47. ſ. 6. t. 14. f 20. Boerh. I. 130.*

Phyteuma Dioſcoridis *Col. Phyt. 98.*

Aſterocephalus foliis ad terram oualibus ſerratis, ad caulem pinnatis anguſtiſſimis *Hall. 668.*

De Varietatibus confer. *Haller p. 669.* ſegmentis foliorum in primis ludit.

In montoſis, ſiccioribus, *im Bienitz*, floret aeſtate, biennis.

162. Scabioſa corollulis quinquifidis, foliis omnibus laciniatis.

Scabioſa ochroleuco flore, ſiue VII. *Cluſ. Hiſt. III.*

Scabioſa lutea thuringica *Cam. Hort. 154. Boerh. I. 130.*

Scabioſa multifido folio flore flaueſcente *C. B. P. 270.*

In campeſtribus, montoſisque, *an dem Wege bey Meckern*, *zwiſchen Eitritſch nach Wetteritſch*, floret Iul. Aug. biennis.

An a praecedente ſpecie vere differat, determinare vix audeo. Habitus vero plantae ſingularem eſſe ſpeciem docet.

II. FLOSCVLI STAMINIBVS IN ANTHERAM CYLINDRACEAM COALITI.

TANACETVM. D. G. 295.

163. Tanacetum foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, floribus vmbellatis *Hall. 694.*

Tanacetum *Matth. 651. Dod. 36.*

Tana-

Tanacetum vulgare luteum *C. B. P. 132. Morif. III. 2. f. 6. t. 1. f. 1. Tourn. 461. Boerh. I. 124.*

Tanacetum foliis pinnatis, pinnis pinnatifidis, incisis, ferratis *Linn. Cliff. 398. Roy. 155.*

Artemisia III Dioscoridis *Tab. 28.*

Var. Tanacetum crispo folio *C. B. P.*

Rheinfaren, Wurmſaamen, Revierkraut.

In montosis et pratis, *in der Leimgrube*, floret Iul. Aug. perennis.

In Lapponia et apud nos nonnulli colligunt exsiccantque plantam et emolliens fomentum parturientibus inde conficiunt *Fl. Lapp.*

ARTEMISIA. D. G. 296.

164. Artemisia foliis pinnatifidis, planis, laciniatis, floribus erectis *Linn. Cliff. 404. Roy. 153.*

Artemisia *Matth. 617.*

Artemisia rubra et alba *Tab. 27.*

Artemisia vulgaris major *C. B. P. 137.*

Artemisia vulgaris major caule et floribus purpurascentibus *Tourn. 460. Boerh. I. 127.*

Var. 1) Artemisia caule ex viridi albicante *Tourn.*

2) Artemisia foliis ex luteo variegatis *Tourn.*

Beyfuß, Iohannisgürtel.

In der Leimgrube, floret Iul. Aug. perennis.

165. Artemisia foliis compositis, multifidis, floribus subglobosis, pendulis, receptaculo papposo *Linn. Cliff. 404. Roy. 153.*

Artemisia foliis incanis pinnatis, pinnis bilobis latioribus, floribus ex alis pendulis in spicis heteromallis *Hall. 696.*

Absinthium *Matth. 508. ic. b.* vulgare *Tab. 1. ead.*

Absinthium ponticum s. romanum officinarum *C. B. P. 138. Tourn. 457. Boerh. I. 126.*

Wermuth.

Viget Iul. Aug. rarius inuenitur *hinter der Ziegelſcheune*, perennis.

Abſinthium inſipidum huc quidem refert *Linnaeus*; ſed quo jure?

166. Artemiſia foliis multifidis, linearibus, caule procumbente *Linn. Cliff. 403. Roy. 154.*

Artemiſia foliis planis longe petiolatis pinnis pinnatis, caule procumbente laxe ſpicato *Hall. 697.*

Ambroſia altera *Matth. 619.*

Abrotanum campeſtre *Tab. 51. ic. m. C. B. P. 136.*

Abrotanum campeſtre cauliculis rubentibus *Tourn. 459. Boerh. I. 127.*

Var. Abrotanum cauliculis albicantibus *Tourn.*

Feldeberreiß, wilde Stabwurzel.

In pratis montoſis, *hinter Lindenau*, *auf dem Gickerlingsberge*, Aug. Sept. perennis.

TVSSILAGO. D. G. 301.

167. Tuſſilago ſcapo ſquamoſo, vnifloro, floſculis in radio lingulatis.

Tuſſilago *Matth. 614 ic. b. Tab. 1316. ead. I. B. III. b. 563. Moriſ. III. 130. ſ. 7. t. 12. f. 1. flos non convenit.*

Tuſſilago vulgaris *C. B. P. 197. Tourn. 487. Boerh. I. 101.*

Tuſſilago ſcapo imbricato vnifloro, foliis ſubcordatis angulatis denticulatis *Linn. Cliff. 411. Roy. 159.*

Bechium ſ. Farfara *Dod. 586.*

Petaſites ſcapo vnifloro floſculis in ambitu ligulatis *Hall. 708.*

Brandlattich, Hufflattich.

In ſatis humidioribus et aquoſis locis, *hinter Eitritſch am Graben, bey Scherbitz*, Martio Aprili flo-

res

res conſpicui ſunt, quibus marceſcentibus producuntur folia, quae per totam aeſtatem vigent, perennat, et in hortis locis vmbroſis durat.

168. Tuſſilago floribus ſpicatis, floſculis omnibus hermaphroditis.

Tuſſilago major *Matth. 614.*

Tuſſilago ſcapo imbricato, thyrſifloro, floſculis omnibus hermaphroditis *Linn. Cliff. 411. Roy. 159.*

Petaſites vulgaris rubens rotundiore folio *I. B. III. b. 566. Moriſ. III. 95. ſ. 7. t. 12. f. 1.*

Petaſites major et vulgaris *C. B. P. 197. Tourn. 451. Boerh. I. 118.*

Petaſites floribus ſpicatis floſculis omnibus androgynis *Hall. 706.*

Roßſpappeln, Peſtilenzwurz, Schweißkraut.

In humentibus et ſpongioſis pratis, prope fluviorum ripas, *an dem Graben hinter Eitritſch,* ſpica florum Aprili, poſt folia ad hyemem uſque permanſura erumpunt, perennis.

169. Tuſſilago floribus ſpicatis, floſculis pauciſſimis hermophroditis.

Tuſſilago ſcapo imbricato, thyrſo oblongo, floſculis foemininis nudis centralibus hermaphroditis pauciſſimis *Linn. Cliff. 411. Roy. 159.*

Petaſites maximus maritimus Boruſſiae Menzelii *Moriſ. III. 95.*

Petaſites major floribus pediculis longis inſidentibus *Dill. Elth. 309. f. 230.*

Petaſites floribus ſpicatis, floſculis pauciſſimis androgynis *Hall. 707.*

Floret in humidis Aprili, *hinter Eitritſch,* perennis.

Differt a praecedenti, illa ſpicam, calicem et florem habet laxiorem, haec magis compreſſum, illa

flores

flores regulares tantum, haec flores irregulares in margine habet, qui tamen aliquid petaloidei, vt microſcopii ope cognoſcitur, oſtendunt; licet foemininos nudos eſſe aſſerat *Linnaeus*, regulares flores duo, tresue in medio exiſtunt.

SENECIO. D. G. 303.

170. Senecio foliis pinnato ſinuatis, amplexicaulibus, floribus nudis, ſparſis *Roy. 165. Hall. 733. Linn. Fl. Suec. 690.*

Senecio *Matth. 794. I. Tab. 462.*

Senecio minor vulgaris *C. B. P. 131. Moriſ. III. 106. ſ. 7. t. 13. f. 1. ic. b. Boerh. I. 117.*

Senecio foliis pinnatifidis denticulatis, laciniis aequalibus patentiſſimis rachi-linearibus *Linn. Cliff. 406.*

Creutzwurz, Grindkraut.

In cultis, et ruderatis, floret toto anno, annua.

Tritam et ventriculo impoſitam vomitus mouere et febribus mederi dicitur. *Eſſ. of Edinb. p. 47.*

Aeſtate floſculos hermaphroditos profert, autumno vero hiſce foeminini nudi commixti conſpiciuntur.

171. Senecio foliis pinguibus, pinnatis, pinnis alterne breuiſſimis, radiis perexiguis *Hall. 732.*

Senecio incanus pinguis *C. B. P. 131. Moriſ. III. 106. ſ. 7. t. 17. f. 2.*

Senecio hirſutus viſcidus graueolens *Dill. Elth. 347. t. 258.*

Senecio foliis pinnatifidis ſeſſilibus, lacinulis anguloſis, ſuperioribus latioribus, florum radiis diſco breuioribus *Roy. 164.*

In Muris, rectis, circa pagos, *bey der Schönfelder Kirche*, floret Iun. Iul. annua.

172. Se-

172. Senecio foliis pinnatifidis, laciniis lacinulatis, floribus radiatis.

Senecio major ſ. flos ſt. Iacobi *Matth. 794 bene.*

Senecio foliis pinnato lyratis, laciniis lacinulatis, caule erecto *Linn Cliff. 406. Roy. 164.*

Senecio foliis pinnatis multiformibus dentatis, floribus vmbellatis luteis *Hall. 731.*

Iacobaea vulgaris laciniata *C. B. P. 131. Tourn. 485. Boerh. I. 99.*

Var. 1) Iacobaea foliis inſtar Erucae laciniatis *Tourn.* 2) Iacobaea foliis ad Raphanum accedentibus *Tourn.*

St. Iacobsblume, Kroetenkraut.

In paſcuis et pratis ſyluaticis, *auf dem Gickerlingsberge.* Var. 1) in ſyluis ceduis et montoſis, 2) *auf den Wieſen nach dem Kuhthurme*, floret Iun. Iul. perennis.

173. Senecio foliis longiſſime mucronatis, ſerratis, ſubtus incanis, floribus vmbellatis *Hall. 735.*

Conſolida paluſtris *Tab. 946. ic. b.*

Virgae aureae ſ. Solidagini anguſtifoliae affinis, Lingua auis *I. B. II. 1063.*

Conyza paluſtris ſerratifolia *C. B. P. 266.*

Iacobaea paluſtris altiſſima foliis ſerratis *Tourn. 485.*

In pratis vliginoſis, *auf dem Wege nach Halle*, floret Iun. Iul. perennis.

GNAPHALIVM. D. G. 305.

174. Gnaphalium ſexubus tota planta diſtincta *Hall. 698.*

Gnaphalium caule ſimpliciſſimo floribus coloratis terminato *Linn. Fl. Lapp. 302.*

Gnaphalium caule ſimpliciſſimo corymbo ſimplici terminatrici, ſarmentis procumbentibus *Linn. Cliff. 400. Roy. 147.* Her-

Hermaphroditus.	Foemina.
Gnaphalium montanum flore rotundiore *C. B. P. 263.*	Gnaphalium montanum longiore folio et flore *C. B. P.*
Piloſella minor *Dod. 68. interior.*	Piloſella minor *Dod. exterior.*
Elichryſum montanum flore rotundiore candido *Tourn. 453. Boerh. I. 120.*	Elichryſum motanum longiore folio et flore albo *Tourn.*

Var. 1) Elichryſum montanum flore ſubpurpureo *Tourn.*

2) Elichryſum montanum flore variegato *Tourn.*

Katzenpfötgen.

In aſperis, montoſis paſſim, ambae ſibi permixtae creſcunt, floret Majo, annua.

Floris color ſemper albus eſt, differentiae vero ab auctoribus notatae, in foliolis calycis inueniuntur, et difficile definiuntur. Hiſpidulae et Piloſellae nomine in officinis proſtat.

175. Gnaphalium foliis lanceolatis, inferioribus obtuſis, caule herbaceo, ſimpliciſſimo, corymbo terminatrici compoſito *Act. Stockh. 1741. p. 204.*

Amaranthus luteus I. *Tab. 778.*

Stoechas citrina germanica latiore folio *I. B. III. a. 153.*

Elichryſum ſ. Stoechas citrina latifolia *C. B. P. 264. Tourn. 453.*

Mattenkraut, Reinblumen.

In apricis et aridis paſſim, *vor dem Gerberthore, bey dem Schloſſe*, floret Iun. Iul perennis.

176. Gnaphalium caule dichotomo, ſphaeris floralibus in angulo diuiſionis ſeſſilibus *Hall. 702.*

Gnapha-

Gnaphalium vulgare *Matth. 625. Tab. 781. eadem.*
Gnaphalium vulgare majus *C. B. P. 263.*
Gnaphalium caule dichotomo erecto floribus in alis seſſilibus *Linn. Fl. Lapp. 299. Roy. 148.*
Filago ſ. Impia *Dod. 66. Tourn. 454. Boerh. I. 119.*
Ruhrkraut, Engelblumen.
In agris montoſis paſſim, Iun. Iul. annua vel biennis.

177. Gnaphalium caule erecto, ramoſiſſimo, glomerulis florum ad alas longe ſeſſilibus *Hall. 702.*
Gnaphalium paniculatum hirſutum *Linn. Fl. Suec. 679.*
Filago incana capitulis in ſummis caulibus et ramis diſpoſitis *Dill. App. 2.*
Cum praecedente.

178. Gnaphalium caule erecto, ramoſo, foliis breuiſſimis, glomerulis, ſeſſilibus, diſſitis, prope ſummitates poſitis *Hall. 703.*
Gnaphalium V. minus *Tab. 78.*
Gnaphalium minus repens *C B. P. 263.*
Gnaphalium caule erecto diuiſo, floribus pyramidatis lateralibus, axillaribusque *Linn. Fl. Suec. 678.*
In lapidoſis agris.

178. Gnaphalium ramis ſpicatis, frequentiſſimis, alis foliorum inſidentibus *Hall. 700.*
Gnaphalium majus *Tab. 780. ic. Matth.*
Gnaphalium rectum *I. B. III. a. 160.*
Pſeudo leontopodium *Matth. 828.*
In ſyluis et cum praecedente paſſim.

180. Gnaphalium caule ramoſiſſimo, diffuſo, vmbellis ſeſſilibus, fuſcis *Hall. 701.*
Gnaphalio vulgari ſimile *I. B. III. a. 159.*

Gnapha-

Gnaphalium caule ramoſo diffuſo, floribus confertis terminatricibus *Linn. Cliff. 402. Roy. 148.*

Filago minor *Dod. 66.*

In locis, vbi per hyemem aquae ſtagnarunt.

Vitium hortorum eſſe hanc ſpeciem affirmat *Hallerus.*

CONYZA. D.G. 306.

181. Conyza foliis ouato lanceolatis, floribus laxe vmbellatis *Hall. 704.*

Conyza major *Matth. 629. Tab. 1243.*

Conyza major vulgaris *C. B. P. 265. Tourn. 454. Boerh I. 116.*

Conyza foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo *Linn. Cliff. 405. Roy. 157.*

Dürrwurzel.

In campeſtribus, apricis et aſperis, *um das Brandvorwerk, vor den Gerberthore*, Iul. Aug. biennis.

182. Conyza ramis ſecundum flores gradatim enaſcentibus, foliis lanceolatis, obtuſis *Linn. Cliff. 405. Roy. 157.*

Conyza *Tab. 1244.*

Conyza major flore globoſo *C. B. P. 266.*

Aſter paluſtris globoſo flore paruo *Tourn. 483.*

Aſter caule ramoſiſſimo foliis criſpis floribus luteis ſaepe nudis *Hall. 727.*

Erigeron foliis vndulatis amplexicaulibus *Linn. Fl. Suec. 693.*

In viarum aquoſis locis paſſim, floret Iul, Aug.

183. Conyza pedunculis alternis, vnifloris.

Conyza minor *Matth. 629.*

Conyza coerulea *Tab. 1244.*

Conyza coerulea acris *C. B. P. 265. Moriſ. III. 115. ſ. 7. t. 20. f. 25.*

Erigeron pedunculis alternis vnifloris *Linn. Cliff. 407. Roy. 165.*

Erigeron

Erigeron floribus ex ala foliorum prodeuntibus, floſculis foemininis multis imperfectis *Hall.* 724.

In montoſis et ſterilioribus locis, *in der Sandgrube*, Auguſto florens reperitur, annua.

184. Conyza floribus ex alis foliorum paniculatis.

Conyza annua acris alba Linariae folio *Moriſ. III. 115. ſ. 7. t. 20. f. 29.*

Virga aurea virginiana annua *Tourn. 484. Zanon. 26. t. 23.*

Conyzella *Dill. Giſſ. 160.*

Erigeron floribus paniculatis *Linn. Cliff. 407. Roy. 166.*

Erigeron floribus ex alis foliorum in ſpicam congeſtis, floſculis foemininis omnibus ligulatis *Hall. 725.*

In agris et incultis vbique, velut indigena facta, floret aeſtate, annua.

EVPATORIVM. D. G. 308.

185. Eupatorium foliis plerumque ternatis *Hall. 704.*

Eupatorium vulgare *Matth. 117.*

Eupatorium cannabinum *C. B. P. 320. Tourn. 456. Boerh. I. 118.*

Eupatorium foliis digitatis *Linn. Cliff. 396. Roy. 155.*

Herba Kunigundis I. *Tab. 336.*

Kunigundkraut, *Waſſerdoſt*, *Alpkraut.*

Aquarum ripas accolit, et vmbroſa, *im Graben an der Wieſen unter dem Bienitz und Schönfelder Wieſen*, floret Iun. Iul. perennis.

ONOPORDON. D. G. 310.

186. Onopordon foliis decurrentibus, margine ſpinoſis *Linn. Cliff. 393. Roy. 134.*

Onopordon foliis tomentoſis obiter laciniatis, caule alato brachiato *Hall. 674.*

Acanthium *Matth. 499. Dod. 709.*

Acanthium vulgare flore purpureo *Tab. 1063.*

Spina alba ſylueſtris Fuchſii *I. B. III. a. 54.*

Spina alba tomentoſa latifolia ſylueſtris *C. B. P. 382.*

Carduus tomentoſus Acanthi folio vulgaris *Tourn. 441. Boerh. I. 137.*

Var. Carduus totus viridis Acanthi folio *Vaill. Par.* *Weiſſe Frauendiſtel.*

Ad vias, ſepes, floret Iul. Aug. forte biennis.

Succus ad cancrum laudatur *Eller Obſerv.* Thalami et caules juniores, vt in Cynara, eſculenti ſunt.

BIDENS. D. G. 313.

187. Bidens foliis tripartito diuiſis *Tourn. 462. Boerh. I. 122. Hall. 709.*

Bidens corona ſeminum retrorſum aculeata, ſeminibus erectis *Linn. Cliff. 399. Roy. 157.*

Bidens corona ſeminum retrorſum aculeata, foliis trifidis *Linn. Fl. Suec. 663.*

Cannabina aquatica folio tripartito diuiſo *C. B. P. 321.*

Hepatorium aquatile *Dod. 584.*

In locis paluſtribus et foſſis circa pagos prouenit, floret Iul. Aug. annua.

Herba lanas tingit fuluo colore *Act. Stockh. 1742. p. 24.*

188. Bidens foliis longe ellipticis, ſerratis, indiviſis *Hall. 710.*

Bidens folio non diſſecto *Tourn. 462. Boerh. I. 122.*

Bidens corona ſeminum retrorſum aculeata, foliis lanceolatis amplexicaulibus, floribus nutantibus *Linn. Fl. Suec. 664.*

Herba Kunigundis II. *Tab. 336.*

Canna-

Cannabina aquatica folio non diuiſo *C. B. P. 321.*
Verbeſina flore pulchriore luteo *I. B. II. 1074.*
Vide vtriuſque ſpicei iconem in *Gottſched. El. Pruſſ. 53. 54.*

Zweyzahn, *Gabelkraut.*

Ad foſſas, *auf der Pfingſtwieſe*, floret Aug. annua.

CARLINA. D. G. 317.

189. Carlina caule multifloro, corymboſo *Linn. Cliff. 395. Roy. 135.*
Carlina ſylueſtris *Dod. 716. I. B. III. a. 81.*
Carlina ſylueſtris vulgaris *Cluſ. II. 156. bene Tourn. 500. Boerh. I. 101.*
Carduus vulgaris *Matth. 496.*
Heracantha *Tab. 1076. ead.*
Cnicus ſylueſtris ſpinoſior *C. B. P. 378.*

Sooddiſtel, *Creutzdiſtel.*

In campis montibusque apricis aſperis, *bey klein Zſchocher und Bienitz*, floret Iul. Aug. perennis.

SERRATVLA. D. G. 318.

190. Serratula foliis pinnatifidis, lacinia terminatrici maxima *Linn. Cliff. 391. Roy. 143.*
Serratula *Matth. 672. ic. b. Dod. 42. I. B. III. a. 23. C. B. P. 235. Boerh. I. 144.*
Serratula tinctoria I. *Tab. 439. folia integra*, II *inferiora integra*, *ſuperiora inciſa*, III. *omnia inciſa*, *has varietates eſſe jam cognouit I. Bauhinus.*
Carduus inermis foliis glabris, imis ouatis ſuperioribus ad baſin pinnatis *Hall. 678.*

Var. Serratula flore candido *Boerh.*

Schartenkraut, *Faerberſcharten.*

In ſyluis et pratis humentibus, *auf den Wieſen nach dem Kuhthurme*, *auch Roſenthale*, floret Iun. Iul. perennis.

Ad colorem flauum vſurpatur.

CARDVVS. D. G. 321.

191. Carduus foliis ſinuatis, decurrentibus, margine ſpinoſis, floribus ſolitariis, nutantibus *Linn. Cliff. 393. Roy. 132.*

Carduus nutans *I. B. III. a. 56. Boerh. I. 136.*

Carduus alatus major flore rubro moſchato capite nutante *Moriſ. III. 153. ſ. 7. t. 31. f. 6.*

Carduus foliorum laciniis complicatis et ſpinoſis, capitulo ſpinoſo et nutante *Hall. 676.*

Onopordum I. II. *Tab. 1064.*

In agris montoſis ſterilibus et juxta vias, Iul. Aug. biennis.

Flore albo et roſeo colore variat.

192. Carduus foliis e margine ciliatis, ſubtus tomentoſis, capitulis ſeſſilibus, congeſtis, mollioribus *Hall. 677.*

Carduus caule criſpo *I. B. III. a. 59. Tourn. 440.*

Carduus ſpinoſiſſimus anguſtifolius vulgaris *C. B. P. 385. Boerh. I. 136. Gottſch. 34. f. 5. capitula erecta pingit.*

Carduus foliis ſinuatis decurrentibus margine ſpinoſis, floribus confertis terminatricibus *Linn. Cliff. 393. Roy. 133.* nutantibus *Linn. Fl. Suec. 658.*

An Polyacantha Theophraſti *Tab. 1080?*

Var. flore albo *Boerh.*

Ad vias et in dumetis vbique, floret aeſtate, biennis.

193. Carduus ſquamis calycinis margine et apice ſpinoſis *Linn. Cliff. 393. Roy. 133.*

Carduus marianus *Tab. 1078.*

Carduus marianus ſ. lacteus maculis notatus *I. B. III. a. 52.*

Carduus albis maculis notatus vulgaris *C. B. P. 381. Moriſ. III. 155. ſ. 7. t. 30. f. 1. Tourn. 440. Boerh. I. 136.*

Silybum neruis foliorum albis *Hall. 684.*

Marien-

Mariendiſtel, Frauendiſtel, Stechkörner.

In hortis frequens, aliquando projecto ſemine in aruis viget, *bey Goliz, in den Kohlgärten,* Iul. annua.

194. Carduus foliis ſinuatis, decurrentibus, denticulis et ſuperficie ſpinoſis *Linn. Cliff. 392. Roy. 132.*

Carduus lanceolatus *Tab. 1078. I. B. III. a. 58.*

Carduus lanceolatus latifolius *C. B. P. 385. Moriſ. III. 153. ſ. 7. t. 31. f. 7. Tourn. 440. Boerh. I. 136.*

Cirſium foliis ſpinoſis hirſutis pinnatis, pinnis ſemibilobis, capitibus tomentoſis turbinatis pungentibus *Hall. 681.*

Ad ſepes et vias, floret Iul. Aug. annua.

195. Carduus radice repente, foliis lanceolatis, dentatis, margine aculeato *Linn. Fl. Lapp. 293. Roy. 133.*

Carduus ſerpens leuicaulis *I. B. III. a. 59.*

Carduus ſpinoſiſſimus ſegetibus frequens *C. B. P. 385. Moriſ. III. 156.*

Ceanothos Theophraſti *Col. Ecphr. I. 46. bene.*

Cirſium foliis ſemipinnatis ſpinoſis, capitulis oblongis mitioribus *Hall. 680.*

Inter fruges, potiſſimum Auenam naſcitur, Iul. Aug. floret, annua. Flore albo variat in limoſis locis, *um die Ziegelſcheine.*

196. Carduus acaulis, calice glabro *Act. Stockh. 1741. p. 204.*

Chamaeleon exiguus Tragi *I. B. III. a. 62.*

Carlina acaulos minore purpureo flore *C. B. P. 380.*

Cirſium acaulos flore purpureo *Tourn. 448.*

Cirſium caule floris longitudine *Hall. 682.*

In agris et pratis ſiccioribus, Auguſto florem oſtendit, *hinter dem Bienitz an der Merſeburger Straſſe,* et in paſcuis pluribus circa pagos, floris colore etiam variat, perennis.

197. Carduus caule fere vnifloro, calyce inermi acuto, foliis lanceolatis, ciliatis, integerrimis et laciniatis *Linn. Cliff. 392. Roy. 134.*

Cirſium anglicum II. *Cluſ. H. CXLVIII.*

Cirſium maius ſingulari capitulo magno vel incanum varie diſſectum *C. B. P. 377. Moriſ. III. 149. ſ. 7. t. 29. f. 12. Boerh. I. 138.*

Cirſium foliis longiſſime lanceolatis, ſerratis, ſubtus tomentoſis *Hall. 683. t. 21.*

Auf der Wieſe unten am Bienitz, Iun. Iul. perennis.

An haec cauleſcens, ab acauli antecedente planta vere diuerſa?

198. Carduus foliis linearibus, dentatis, ſpinoſiſſimis, caule criſpo ſpinoſo ramoſo, floribus erectis *Roy. 134. Linn. Fl. Suec. 659.*

Carduus paluſtris *C. B. P. 377. Prodr. 156.*

Carduus ſpinoſiſſimus erectus anguſtifolius paluſtris *Moriſ. III. 153. ſ. 7. t. 32. f. 13.*

Cirſium pratenſe polycephalum vulgare *Tourn. 448.*

Cirſium caule pene nudo, alis criſpis obducto, capitulis mitibus in vertice congeſtis *Hall. 681.*

In pratis paludoſis et ſyluis, floret Iun. Iul. perennis.

CYNARA. D. G. 322.

199. Cynara foliis pinnatis, laciniis ſerratis *Linn. Cliff. 394. Roy. 135.*

Cinara *Dod. 724. ic. b.*

Cinara hortenſis aculeata *C. B. P. 383. Tourn. 442. Boerh. I. 139.*

Carduus ſ. Scolymus ſativus ſpinoſus et non ſpinoſus *I. B. III. a. 48.*

Artiſchocken.

In hortis oleraceis, floret Septembri, perennis.

CNI-

CNICVS. D. G. 323.

200. Cnicus caule erecto, foliis inferioribus laciniatis, ſuperioribus integris *Roy. 136.*
Carduus pratenſis *Lob. Ic. b. 11. bene. I. B. III. a. 42.*
Carduus pratenſis latifolius *C. B. P. 376.*
Cirſium latifolium flore flaueſcente in capitulo folioſo *Boerh. I. 138.*
Cirſium inerme floribus inter flaueſcentia folia congeſtis *Hall. 679.*
In pratis locisque paluſtribus vbique, floret Iulio, perennis.

LAPPA. D. G. 324.

201. Lappa capitulis glabris majoribus *Hall. 675.*
Lappa major, Arcium Dioſcoridis *C. B. P. 198. Moriſ. III. 146. ſ. 7. t. 32. f. 1. Tourn. 450. Boerh. I. 146.*
Perſonata ſ. Lappa major *Matth. 804. I. B. III. 570.*
Arctium *Caeſ. 488. Linn. Cliff. 391. Roy. 144.*
Var. Lappa flore albo *Moriſ.*
Klette.
Ad ſepes, vias publicas et rudera frequens Iulio, Auguſto florens inuenitur, perennis.
Sequentem hujus varietatem eſſe exiſtimat *Linnaeus.* Capitulorum namque pubeſcentiam, calicem inuoluentem, a ſolo loco plantae apto dependere aſſerit.
In officinis pharmaceuticis Bardanae nomine proſtat radix.

202. Lappa capitulis et foliorum facie inferiori tomentoſis *Hall. 675.*
Lappa major montana capitulis tomentoſis *C. B. P. 198. Moriſ. III. 147. ſ. 7. t. 32. f. 2. Boerh. I. 146.*
Perſonata ſ. Lappa major altera *Matth. 805.*
Perſonata altera cum capitulis villoſis *I. B. III. 571.*
Cum priori.

CLASSIS IV.

Plantae flore perfecto, monopetalo, compoſito, lingulato.

LAMPSANA D. G. 328.

203. Lampſana foliis imis ad petiolum pinnatis, ſuperioribus lanceolatis, ſerratis *Hall. 759.*
Lampſana *Dod. 664. I. B. II. 1028. Tourn. 479. Boerh. I. 93.*
Lampſana calycibus fructus angulatis, pedunculis tenuibus ramoſiſſimis *Linn. Cliff. 389. Roy. 150.*
Sonchus ſyluaticus I. II. III. *Tab. 500.*
Soncho adfinis, Lampſana domeſtica *C. B. P. 124. Ackerkohl.*
In aruorum marginibus et inter olera frequens, *um Pfaffendorff*, floret Iulio, annua.

HYOSERIS. D. G. 331.

204. Hyoſeris caule diuiſo nudo *Linn. Cliff. 386. Roy. 127.*
Hyoſeris *Tab. 490.* anguſtifolia *Boerh. I. 93.*
Hieracii parua ſpecies, Hyoſeris anguſtifolia aſpera *I. B. II. 1025.*
Intybus ſ. Endiuia lutea minima in arenoſis naſcens *Moriſ. III. 53. ſ. 7. t. 1. f. 8.*
Hieracium IX minimum *Cluſ. Hiſt. CXLII.*
Hieracium minus dentis leonis folio oblongo glabro *C. B. P. 127.*
Haec vltima Synonyma ad Hypochaerim IV refert *Linnaeus.*
In agris frequens, *bey den Schönfelder Wieſen, und auf den ſandigten Aeckern um Gundorff*, Iul. Aug. flores promit, annua.

TRAGO-

TRAGOPOGON. D. G. 333.

205. Tragopogon foliis carinatis, amplexicaulibus, gramineis, flore luteo *Hall. 758.*
Tragopogon ſ. Barba hirci *Matth. 410.*
Tragopogon luteum *Tab. 994. ic. Matth.*
Tragopogon pratenſe luteum majus *C. B. P. 274. Moriſ. III. 79. ſ. 7. t. 9. f. 1. Tourn. 477. Boerh. I. 90.*
Tragopogon calycibus florem ſuperantibus *Linn. Cliff. 382. Roy. 119.*

Bocksbarth.

In pratis et ad vias, *um den Stadtgraben*, Maj. biennis.

Plurimas addit varietates *Linnaeus*, quas lubens omitto, dubium enim eſt, an verae ſint ſpecies, an non.

Folia quandoque velut in capreolum abeunt, iisdemque anguſtis et floribus magnis ſaepe modo variat.

CHONDRILLA. D. G. 334.

206. Chondrilla foliis radicalibus pinnatifidis, caulinis lanceolato linearibus *Wachend. 223.*
Chondrilla *Linn. Cliff. 383. Roy. 120. Hall. 755.*
Chondrilla juncea *Tab. 487.*
Chondrilla viminea *I. B. II. 1021.*
Chondrilla juncea viſcoſa aruenſis quae I. Dioſcoridis *C. B. P. 130. Tourn. 475. Boerh. I. 184.*
Lactuca ſylueſtris perennis lutea juncea viminalibus virgis *Moriſ. III. 58. ſ. 7. t. 6. f. 21.*

In ſatorum marginibus et arenoſis, *an dem Wege bey Burckhauſen, auch in* agris *hinter dem Bienitz*, floret Iun. Iul. perennis.

PICRIS. D. G. 335.

207. Picris calycibus nudis, foliis amplexicaulibus, oualibus *Hall. 751.*

Picris calycibus imbricatis *Linn. Cliff. 387. Roy. 128.*

Hieracium aſperum majori flore in agrorum limitibus *I. B. II. 1029. Moriſ. III. 69. ſ. 7. t. 4. f. 45. Tourn. 469. Boerh. I. 85.*

Cichorium pratenſe luteum hirſutie aſperum *C. B. P. 126.*

In agris montoſis, agrorum marginibus, Iun. Iul.

HIERACIVM. D. G. 337.

208. Hieracium caule continuo folioſo, foliis ellipticis, acuminatis, firmis, dentatis *Hall. 747.*

Hieracii ſabaudi varietas I. Erinus Matthioli *I. B. II. 1030.*

Hieracium fruticoſum latifolium hirſutum *C. B. P. 129. Moriſ. III. 70. ſ. 7. t. 5. f. 57. Tourn. 472. Boerh. I. 87.*

Hieracium caule erecto multifolio, foliis lanceolatis dentatis *Roy. 124.*

In ſyluis et montoſis, *im Zſchocheriſchen Holze*, Iul. Aug. viget, perennis.

209. Hieracium caule alto multifolio et multiflo ro, foliis firmis, anguſtis, plerumque dentatis *Hall. 748.*

Hieracium montanum anguſtifolium *Tab. 495.*

Hieracium rectum rigidum quibusdam ſabaudum *I. B. II. 1030.*

Hieracium fruticoſum anguſtifolium majus *C. B. P. 129. Moriſ. III. 71. ſ. 7. t. 5. f. 66. Tourn. 472. Boerh. I. 87.*

Hieracium I. *Dod. 627. ic. b.*

Hieracium foliis lanceolatis linearibus, obſolete denticulatis ſparſis *Linn. Cliff. 387. Roy. 123.*

In dumetis et pratenſibus, *um Lindenau, Gonnewitzer Schanze*, Aug. perennis.

210. Hiera-

210. Hieracium foliis longe lingulatis, piloſis, caule imo folioſo, erecto, multifloro *Hall. 743.*

Piloſella montana hiſpida paruo flore *C. B. P. 262.*

Piloſella major vmbellifera μακροκαυλος *Col. Ecphr. I. 248.*

Piloſella major montana hiſpida paruo flore *Moriſ. III. 78. ſ. 7. t. 8. f. 11. ic. Col.*

In aſperis et lapidoſis et paſcuis quoque ſubhumidis, *auf den Gonnewitzer Schanzen, in der Heyde bey Pomſen*, floret Iun. Iul. perennis.

211. Hieracium foliis integerrimis, ouatis, caule repente, ſcapo vnifloro *Linn. Cliff. 388. Roy. 124. Hall. 742.*

Piloſella *Tab. 506.* major *Dod. 67.*

Piloſella majori flore ſ. vulgaris repens *I. B. II. 1039.*

Piloſella major repens hirſuta *C. B. P. 262.*

Piloſella monoclonos repens vulgaris minor *Moriſ. III. 77. ſ. 7. t. 8. f. 1.*

Dens leonis qui Piloſella offic. *Tourn. 469. Boerh. I. 89.*

In paſcuis ſiccis et arido ſolo frequens, a primo vere ad finem aeſtatis florens, annua.

212. Hieracium foliis ad terram piloſis, acute dentatis, caule brachiato, pene nudo *Hall. 745.*

Hieracium murorum folio piloſiſſimo *C. B. P. 129. Tourn. 471. Boerh. I. 87.*

Hieracium latifolium hirſutum, folio vnico cauli inſidente *Moriſ. III. 70. ſ. 7. t. 5. f. 54.*

Hieracium caule ramoſo, foliis ouatis dentatis *Linn. Fl. Lapp. 284.*

Hieracium caule ramoſo, foliis radicalibus ouatis dentatis, caulino minori *Linn. Cliff. 388. Roy. 123.*

Pulmo-

Pulmonaria gallica mas *Tab. 504.*

Var. Hieracium mures proferens *Heuch. Prov. H. Witt.* 74. cum fig. *eſt tumor ab inſectis natus. Buchkohl.*

In muris, ſyluis et ſiccis naſcitur, *im Bienitz, im Roſenthale, nach Leutſch zu*, floret Iun. Iul. perennis.

213. Hieracium foliis radicalibus pinnato dentatis *Linn. Cliff. 387. Roy 123.* caulinis lanceolatis vix dentatis *Linn. Fl. Lapp. 286.*

Hieracium I. *Tab. 491.*

Hieracium majus erectum anguſtifolium caule laeui *C. B. P. 127.*

Hieracium Chondrillae folio hirſutum *Moriſ. III. 66.*

Hieracioides foliis ad terram ſerratis ad caulem pinnatis, pinnis alterne majoribus, caule pene nudo multifloro *Hall. 750.*

In pratis, ſyluis frequens, Maj. Iun.

SONCHVS. D. G. 338.

214. Sonchus foliis ſemipinnatis, rigidiuſculis, calycibus nigris et hiſpidis *Hall. 752.*

Sonchus repens, multis Hieracium majus *I. B. II. 1017. Tourn. 474. Boerh. I. 84.*

Sonchus foliis lanceolato oblongis dentatis, floribus congeſtis hiſpidis *Linn. Cliff. 384. Roy. 129.*

Sonchus pedunculis calycibusque hiſpidis, floribus congeſtis *Linn. Fl. Suec. 642.*

Hieracium majus folio Sonchi vel Hieracium Sonchites *C. B. P. 126.*

In agris et inter ſegetes creſcit vigetque tota aeſtate, annua.

215. Sonchus foliis rigidiuſculis, ſerratis, calycibus leuibus *Hall. 752.*

Sonchus tertius aſperior *Dod. 632.*

Sonchus minus laciniosa aſperior et ſpinoſior *I. B. II. 1014.*

Sonchus

Sonchus aſper non laciniatus *C. B. P. 123. Moriſ. III. 60. Tourn. 474. Boerh. I. 85.*

Sonchus aſpera *Matth. 384. Tab. 498. ead.*

Gänſediſtel, Saudiſtel.

In agris et inter olera paſſim, floret Iun. Iul. Aug. annua.

Sequentem vt varietatem huc refert *Linnaeus.*

216. Sonchus foliis teneris et leuibus, calycibus glabris *Hall. 753.*

Sonchus leuis *Matth. 385. Dod. 632. IV. Tab. 499. ic. Matth.*

Sonchus minus lacinioſus mitior *I. B. II. 1014.*

Sonchus leuis laciniatus latifolius *C. B. P. 124. Moriſ. III. 60. ſ. 7. t. 3. f. 1. Tourn. 474. Boerh. I. 85.*

Sonchus annuus ramoſus diffuſus, foliis laciniatis *Linn. Cliff. 384.*

Sonchus caule ramoſiſſimo diffuſo, foliis ſummis amplexicaulibus, pedunculis inaequalibus *Roy. 129.*

In hortis oleraceis et agris, floret aeſtate, annua.

TARAXACVM. D. G. 339.

217. Taraxacum foliis aſperis, triangulariter dentatis, pappo plumoſo, calyce hiſpido *Hall. 741.*

Hieracium caule aphyllo hirſutum *I. B. II. 1037.*

Hieracium aſperum flore magno dentis leonis *C. B. P. 127.*

Dens leonis hirſutus montanus ſaxatilis calice longiore nigricante *Moriſ. III. 76. ſ. 7. t. 7. f. 14. bene.*

Leontodon calyce toto erecto hiſpido, foliolis hiſpidis dentatis, dentibus integerrimis *Linn. Cliff. 386. Roy. 122.*

In pratis et paſcuis, Iunio, perennis.

218. Taraxacum pinnis foliorum triangularibus *Hall. 739.*

Dens

Dens leonis *Matth. 388. Tab. 481. ead. Dod. 625.*
Dens leonis latiore folio *C. B. P. 126. Tourn. 468. Boerh. I. 88.*
Dens leonis vulgaris *Morif. III. 74. f. 7. t. 8. f. 1.*
Leontodon calyce inferne reflexo *Linn. Cliff. 386. Roy. 122.*

Loewenzahn, Dotterblumen, Münchskopff.

In pratis et ad ſepes vbique, varietas anguſtiore folio in locis humidioribus, quod certe mirum, *an dem Merſeburger Wege Rückmarſchdorff gegen über*, mox ineunte vere floret, ante Auguſtum florere vix deſinit, biennis.

219. Taraxacum foliis aſperrimis, pene ſpinoſis, pinnato ſinuatis, pappo plumoſo *Hall. 741.*
Hieracium dentis leonis folio hirſutie aſperum minus *C. B. Prodr. 63. c. ic.* magis laciniatum *Pin. 127.*
Dens leonis aſper minor *Boerh. I. 89.*

In ſyluis, pomariis et ad ſepes frequens, floret Maj. Iun. perennis.

LACTVCA. D. G. 340.

220. Lactuca ſatiua *Dod. 633. bene C. B. P. 122. Morif. III. 57. f. 7. t. 2. f. 1. Tourn. 473. Boerh. I. 82. Linn. Cliff. 384.*
Lactuca floreſcens *Matth. 399.*
Lactuca *Tab. 805.*
Var. 1) Lactuca foliis Endiuiae *C. B. P.*
2) Lactuca capitata *C. B. P.*
3) Lactuca criſpa *C. B. P.*
Plures lege in *Boerhaauio.*

Lattich, Lattucke, Salat.

Seritur copioſe in agris oleraceis, Iun. Iul. floret haec annua planta.

Nomen

Nomen ſpecificum addere equidem non cupio, cum magnus varietatum numerus exiſtat, et genuina ſpecies nondum nobis cognita ſit.

221. Lactuca foliis ſemipinnatis, coſta ſpinoſa *Hall. 756.*

Lactuca ſylueſtris *Matth. 400.*

Lactuca ſylueſtris coſta ſpinoſa *C. B. P. 123. Tourn. 473. Boerh. I. 81.*

Lactuca ſylueſtris laciniata *Moriſ. III. 58. ſ. 7. t. 2. f. 17.*

Lactuca caule et foliis aculeatis *Linn. Cliff. 384. Roy. 121.*

Wilder Lattich, wilder Salat.

Secus vias, agrorum et pratorum margines, *um den Stadtgraben*, floret Iul. Aug. annua.

Lactucam ſylueſtrem odore viroſo *C. B. P. 123.* huius varietatem eſſe contendit *Linnaeus*, contradicit vero optime *Hallerus.*

Hujus plantae ſemen in officinis Scariolae ſemen nuncupatur.

SCORZONERA. D. G. 341.

222. Scorzonera foliis ſemipinnatis, caule fere nudo, pappo ſeſſili *Hall. 758.*

Hieracium minus *Matth. 560.*

Hieracium IV *Tab. 491. ead. Dod. 628.*

Hieracium Chondrillae folio glabro radice ſucciſa majus *C. B. P. 127. Tourn. 470.*

Crepis foliis longis dentibus linearibus, caule declinato fere nudo *Linn. Cliff. 386.*

Leontodon calycibus erectis, foliis glabris dentatis integerrimis, pedunculis ſquamoſis *Linn. Fl. Suec. 629.*

Vulgaris in ſyluis, Iun. Iul. perennis

Genus

Genus hujus plantae difficile definitur, a Scorzonera differt pappo seſſili, a Crepi calyce ſimplici imbricato, a Taraxaco pappo seſſili plumoſo.

CICHORIVM. D. G. 345.

223. Cichorium foliis pinnatis, pinnis triangularibus dentatis *Hall. 761.*

Cichorium ſylueſtre *Matth. 388. I. B. II. 1007.*

Cichorium *Tab. 467.*

Cichorium ſylueſtre ſ. officinar. *C. B. P. 125. Moriſ. III. 55. ſ. 7. t. 1. f. 2. Boerh. I. 91.*

Cichorium caule ſimplici *Linn. Cliff. 389. Roy. 130.* foliis dentato ſinuatis *Linn. Fl. Suec. 650.*

Cichorium ſativum *C. B. P. 125. cultura tantum differt et paſſim colitur.*

Hindläuffte, Wegewarth, Sonnenwedel.

Ad ſepes et juxta vias vbique, flore albo, quae planta eſt magica, pro venatoribus credulis, reperi *auf dem Wege nach Linckeln*, Iun. Iul. perennis.

Satiua gratam amaritiem habet, et hic Lipſiae maxime acetaria, ex huius radice parata, in deliciis habentur.

224. Cichorium caule ſimplici, foliis integris crenatis *Linn. Cliff. 389.*

Cichorium latifolium ſ. Endiuia vulgaris *Boerh. I. 91.*

Intybus major *Matth. 386.*

Intybum ſativum triplex *I. B. II. 1011.*

Intybus ſatiua latifolia ſ. Endiuia vulgaris *C. B. P. 125. Moriſ. III. 53. ſ. 7. t. 1. f. 2.*

Endivien.

Colitur inter olera, floret aeſtate, annua vel biennis.

An vera haec ſit ſpecies, an potius prioris varietas dubitat *Linnaeus*, cum vero ex ſemine quotannis producatur, genuinam eam ſpeciem eſſe probabile videtur.

detur. Varietates, apud nos minus frequentes, vide in *H. Cliffort.*

HYPOCHOERIS. D. G. 346.

225. Hypochoeris foliis ſerrato ſinuatis, caule ramoſo, nudo, pedunculis ſquamoſis *Linn. Cliff. 386. Roy. 125.*

Hypochoeris dentibus foliorum rectangulis, caule nudo ramoſo *Hall. 759.*

Hieracium dentis leonis folio obtuſo majus *C. B. P. 127. Tourn. 470. Moriſ. III. 66. ſ. 7. t. 4. f. 27. Boerh. I. 87*

Hieracium III. *Dod. 628.* an VII. *Tab. 492?*

In ſyluoſis gramineis, floret aeſtate, annua.

* * * * * * * * * * * * * * *

CLASSIS V.

Plantae flore perfecto, monopetalo, compoſito, mixto.

BELLIS. D. G. 347.

226. Bellis ſcapo nudo vnifloro *Linn. Cliff. 418. Roy. 177. Hall. 722.*

Bellis minor *Matth. 654.*

Bellis minor ſylueſtris *Tab. 708. ead. Dod. 265. C. B. P. 261. Tourn. 491. Boerh. I. 108.*

Bellis ſylueſtris minor ſpontanea *I. B. III. a. 111. ic. falſa.*

Bellis minor ſ. pratenſis vulgaris *Moriſ. III. 31. ſ. 6. t. 8. f. 29.*

Maßlieben, Gaenſeblümgen.

In pratis, paſcuis frequens, viget vere ad autumnum, perennis.

Varietatum copiam recenſet *Hort. Cliffort.* Vidimus ſingularem, in qua plures petioli, floribus conſpicui, ac ſi vmbella eſſet, caulem terminabant.

CALTHA. D. G. 348.

227. Caltha floribus minimis pallentibus *Hall. 722.*

Caltha minima *I. B. III. a. 103.*

Caltha aruenſis *C. B. P. 276. Moriſ. III. 14. ſ. 6. t. 4. f. 6. Boerh. I. 113.*

Calendula aruenſis *Tab. 713.*

Ringelblumen.

Ad hortos paſſim, ex illorum rejectamentis nata, Iun. Inl. annua.

Linnaeus ad Calendulam ſeminibus radii cymbiformibus echinatis etc. refert, an recte? dubito. Noſtra enim, et ſata, faciem non mutat, nec figura foliorum florumque colore variat, ſed conſtans permanet.

MATRICARIA. D. G. 349.

228. Matricaria foliis pinnatis, pinnis latis inciſis, ſemifloſculis breuiſſimis *Hall. 719.*

Matricaria vulgo minus Parthenium *I. B. III. a. 129.*

Matricaria ſatiua ſ. vulgaris *C. B. P. 133. Tourn. 493. Boerh. I. 110.*

Partenium ſ. Matricaria *Matth. 651.*

Artemiſia tenuifolia *Tab. 28. ead.*

Mutterkraut, Metterich.

Quandoque in incultis, licet non ſit ſpontanea, Iulio, Auguſto in vigore eſt, biennis.

Varietates vide in *H. Cliff.*

229. Matricaria foliis imis petiolatis, ad caulem auritis et ſerratis *Hall. 719.*

Bellis major *Matth. 653. Dod. 265. I. B. III. a. 114.*

Bellis ſylueſtris caule folioſo major *C. B. P. 261.*

Bellium

Bellium majus *Tab. 710. ic. Matth.*

Leucanthemum vulgare *Tourn. 492. Boerh. I. 107.*

Chryſanthemum foliis amplexicaulibus oblongis, ſuperne ſerratis inferne dentatis *Linn. Cliff. 416. Roy. 174.*

Var. Leucanthemum vulgare caule villis caneſcente, *Tourn.*

Iohannesblume.

In pratis frequens Var. *in der Vorſtadt um das Schloſs.* Datur et varietas foliis tenuiſſime inciſis, *auf den Gonnewitzer Schanzen*, quae et in horto culta nondum degenerauit, floret Iun. Iul. perennis.

230. Matricaria foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, laciniis dentatis, ſemine coronato denticulato.

Matricaria Tanaceti folio flore majore ſemine vmbilicato *Tourn. 493.*

Tanacetum inodorum flore majore *C. B. P. 132.*

Bellis Tanaceti folio minor flore majore *Moriſ. III. 30. ſ. 6. t. 8. f. 18. non bene.*

Chryſanthemum foliis pinnatis, pinnis ſerratis, caule multifloro *Roy. 174.*

Pyrethrum foliis pinnatis, pinnis ſemipinnatis, dentatis *Hall. 720.*

In ſyluis et montibus humilioribus, *in Bienitz*, aliisque ſiccioribus locis, Iul. Aug. perennis.

231. Matricaria foliis pinnatis, pinnis latis, capillariter multifidis *Hall. 718.*

Matricaria foliis ſupradecompoſitis, ſetaceis, pedunculis ſolitariis *Linn. Cliff. 415. Roy. 173.*

Matricaria receptaculis haemiſphaericis, radiis patentibus, ſeminibus coronato marginatis, ſquamis calycinis margine exſoletis *Linn. Fl. Suec. 702.*

Chamaemelum vulgare amarum *I. B. III. a. 116.*

Chamaemelum vulgare, Leucanthemum Dioſcoridis *C. B. P. 135. Moriſ. III. 35. ſ. 6. t. 12. f. 7. Tourn. 494. Boerh. I. 109.*

Anthemis ſ. Chamomilla *Matth. 649. ic. bona.*

Chamillen, Hermlichen.

Inter ſegetes vbique, Iun. Iul. annua.

ASTER. D. G. 352.

232. Aſter foliis amplexicaulibus, ex ouatis acuminatis, ora ſerrata, flore ampliſſimo luteo *Hall. 727.*

Aſter omnium maximus, Helenium dictus *Tourn. 483. Boerh. I. 94.*

Aſter foliis ouatis rugoſis ſubtus tomentoſis amplexicaulibus, calycum ſquamis ouatis patulis *Linn. Cliff. 407. Roy. 166.*

Helenium *Matth. 72. Tab. 953. ead.*

Helenium vulgare *C. B. P. 276.*

Helenium ſ. Enula campana *I. B. III. 108.*

Inula foliis ouatis ſubtus tomentoſis, calycum ſquamis ouatis *Linn. Mat. Med. 138.*

Alandt.

In pomariis ruſticorum et *in dem Vniverſitætsholze*, floret Iul. Aug. perennis.

Ratio, cur *Linnaeus* hanc plantam peculiari generico nomine inſigniverit, quaerenda eſt in antheris inferius in duas ſetas longitudine filamentorum deſinentibus. Vid. *Amoenitates medicae pag. 409.*

233. Aſter foliis ouatis, tenerrime crenatis, nitidis, vtrinque glabris *Hall. 728.*

Aſter montanus luteus Salicis folio glabro *C. B. P. 266. Moriſ. III. 118. ſ. 7. t. 21. f. 10. Tourn. 483. Boerh. I. 96.*

Aſter foliis lanceolatis amplexicaulibus, ſerrato ciliatis

ciliatis glabris acuminatis recuruis, floribus solitariis, caule striato *Linn. Fl. Suec. 696.*

After IV. austriacus II. *Cluſ. Hiſt. XIV.*

Bubonium luteum I. *Tab. 716.*

Inula foliis lanceolatis recuruis ſerrato ciliatis, floribus ſolitariis *Linn. Amoen. 410.*

In fruticetis, frequens, *in der Leimgrube*, Iul. Aug. perennis.

234. After foliis ouato lanceolatis, ſerratis, ſubtus incanis, floribus luteis *Hall. 727.*

After flore luteo II. *Tab. 717.*

After V. *Cluſ. Hiſt. XIV.*

After pannonicus III. Cluſii luteus folio hirſuto Salicis *I. B. II. 1047.*

After luteus hirſuto Salicis folio *C. B. P. 266. Boerh. I. 96.*

Ad ſyluas, *an dem Graben unten am Bienitz*, floret Aug. perennis.

235. After foliis amplexicaulibus, criſpis, ſubtus incanis, luteo flore radiato *Hall. 726.*

Conyza media *Matth. 630. Dod. 52. I. B. II. 1050.*

Conyza media vulgaris *Cluſ. Hiſt. XXI.*

Conyza I. *Tab. 1243.*

Conyza media Aſteris flore luteo *C. B. P. 265.*

An Conyza foliis lanceolatis acutis, caule annuo corymboſo *Linn. Cliff. 405. Roy. 157. non videtur, licet Hallerus apponat, pertinet potius ad Conyzam I.*

In locis humectis et graminoſis, floret cum praecedente, perennis.

SOLIDAGO. D. G. 353.

236. Solidago caule erecto, racemis alternis erectis *Linn. Cliff. 409. Roy. 161. Hall. 729.*

Solidago floribus per caulem simplicem vndique sparsis, foliis lanceolatis *Linn. Fl. Lapp. 306.*

Virga aurea serratis foliis *Matth. 712. ic. b. Tab. 1260. ead.*

Virga aurea latifolia serrata *C. B. P. 268.*

Virga aurea vulgaris latifolia *I. B. II. 1068.*

Güldenwundkraut, Heidnischwundkraut.

In syluis et ericetis passim, *in Bienitz, auch zwischen Schönfeld und Abtnauendorff*, floret Aug. perennis.

Folia radicalia serrata, caulina interdum serrata, saepius integerrima.

237. Solidago foliis inferioribus lanceolatis, serrato sinuatis, superioribus integris amplexicaulibus *Linn. Cliff. 410. Roy. 163.*

Conyza aquatica laciniata *C. B. P. 266. Boerh. I. 116.*

Iacobaea aquatica elatior foliis magis dissectis *Morif. III. 110. f. 7. t. 19. f. 24.*

Iacobaea palustris altissima suaueolens foliis dissectis *Rupp. 178.*

Inter typhas, arundines, *auf den Gerberwiesen*, floret Iunio, perennis.

238. Solidago. - - - - -

Iacobaea palustris altissima suaueolens foliis integris *Rupp. 178.*

An praecedentis varietas? non determino, plantam ipsam non vidimus. *Ruppius* Lipsiae inuenit.

Foliis integerrimis, amplexicaulibus, subtus incanis ouato lanceolatis donari hanc plantam *Gleditschius* mihi retulit. Rarior multo est quam praecedens, a qua diuersam hanc omnino esse idem affirmat. Vidit illam in Marchia vkerana circa arcem *Boyzenburg.*

CHA-

CHAMAEMELVM. D. G. 357.

239. Chamaemelum foliis pene glabris, pinnis pinnatis, pinnulis latiuſculis *Hall. 717.*

Chamaemelum foetidum ſ. Cotula foetida *I. B. III. a. 120.*

Chamaemelum foetidum *C. B. P. 135. Tourn. 494. Boerh. I. 109.*

Cotula *Tab. 70.*

Anthemis foliis pinnato decompoſitis, laciniis linearibus, caulibus diffuſis, radice annua *Roy. 172.*

Anthemis receptaculis conicis, paleis ſetaceis, ſeminibus nudis *Linn. Fl. Suec. 703.*

Kraetentill, Hundstill.

In aruis naſcitur paſſim, *auf den Spitalfeldern,* Majo, Iunio, annua.

Chamaemelum inodorum *C. B. P. 135.* in agris tota aeſtate floret, et forte humiliori habitu tantum differt.

ACHILLAEA. D. G. 358.

240. Achillaea foliis duplicato pinnatis, glabris, laciniis lateralibus acute laciniatis *Linn. Cliff. 413. Roy. 175.*

Achillaea pinnis foliorum plurimis, longe aequalibus pinnatis, pinnulis trifidis et quinquifidis *Hall. 715.*

Millefolium minus *Matth. 799.* terreſtre *Tab. 373.*

Millefolium vulgare album *C. B. P. 140. Moriſ. III. 38. ſ. 6. t. 11. f. 6. Tourn. 496. Boerh. I. 112.*

Var. Millefolium vulgare purpureum majus et minus *Boerh.*

Tauſendblatt, Schaaffgarbe.

Vbique ad vias, frequentius flore albo, rarius carneo, rariſſime purpureo, variat quoque floſculis marginalibus duplo majoribus, Iun. Iul. perennis.

In Suecia cereuiſiae conficiendae inſeruit, a qua cum citiſſime inebriantur bibentes, gutta inſaniae compellatur.

241. Achillaea foliis integris, minutiſſime ſerratis *Linn. Cliff. 412. Roy. 176. Hall. 712.*

Ptarmica *Matth. 441. ic. b.*

Ptarmica vulgaris folio longo ſerrato, flore albo *I. B. III. 147. Tourn. 496. Boerh. I. 111.*

Tanacetum album acutum *Tab. 164. ic. Matth.*

Dracunculus pratenſis ſerrato folio *C. B. P. 98.*

Weiſer Bertram, weiſer Dorand.

In ſyluis et pratis, *auf den Roſenthaler Wieſen,* Iun. Iul. perennis.

HELIANTHVS. D. G. 360.

242. Helianthus radice annua, ampliſſimo nutante flore. *Linn. Cliff. 419.*

Helianthus radice annua *Linn. Vir. 88. Roy. 180.*

Corona ſolis *Tab. 1146. Tourn. 489. Boerh. I. 102.*

Helenium indicum maximum *C. B. P. 276.*

Herba maxima *I. B. III. a. 107.*

Sonnenblume.

In hortis ruſticorum et aliis vbique, floret aeſtate, annua.

Flore aureo, ochroleuco et pleno, nec minus ſemine albo, cinereo et ſtriato ludit.

243. Helianthus radice tuberoſum *Linn. Cliff. 419. Roy. 180.*

Helianthemum indicum tuberoſum *C. B. P. 277.*

Flos ſolis Farneſianus, Aſter peruanus tuberoſus *Col. Ecphr. II. 13.*

Corona ſolis paruo flore tuberoſa radice *Tourn. 489. Boerh. I. 102.*

Erdäpffel, Unterartiſchocken.

Colitur in agris oleraceis, floret rarius Septembri, Octobri, perennis.

CEN-

CENTAVREA. D. G. 366.

244. Centaurea calycibus ſubulatis, ſpinoſis, ſoſſilibus, foliis linearibus, pinnatifidis *Linn. Cliff. 423. Roy. 140.*

Spinaſtella *Tab. 1080.*

Carduus ſtellatus foliis Papaueris erratici *C. B. P. 387.*

Carduus ſtellatus ſ. Calcitrappa *I. B. III. a. 89.*

Calcitrapa foliis laxe pinnatis, mollibus, capitulis ad latera caulis ſeſſilibus *Hall. 689.*

Circa vrbes et pagos, in campeſtribus locis paſſim, Iun. Iulio florens reperitur, annua.

245. Centaurea calycibus ſerratis, foliis linearibus, infimis dentatis, ſuperioribus integerrimis *Linn. Cliff. 422. Roy. 139.*

Cyanus minor *Matth. 389.*

Cyanus coeruleus aruenſis *Tab. 428. ead.*

Cyanus ſegetum *C. B. P. 273.* flore coeruleo *Tourn. 446. Boerh. I. 145.*

Cyanus floſculis radialibus latiſſimis, ſeptifidis *Hall. 691.*

Kornblume.

In frumentariis, cum Tritico et Secale maxime arua ornat, annua.

Varietates plures vide in *H. Cliffort.*

246. Centaurea calycibus ſquamoſis, foliis lanceolatis, radicalibus ſinuato dentatis, ramis angulatis *Linn. Cliff. 421. Roy. 142.*

Iacea I. *Tab. 435.*

Iacea nigra vulgaris capitata et ſquamata *I. B. III. a. 27.*

Iacea nigra pratenſis latifolia *C. B. P. 271. Moriſ. III. 139. ſ. 7. t. 28. Tourn. 443. Boerh. I. 142.*

Rhapontium foliis ſqualidis tomentoſis, inferioribus ad baſin ſemipinnatis ſuperioribus integris *Hall. 688.*

Var. lacea nigra anguſtifolia caule leui *C. B. P. Flockenkraut.*

In pratis apricis et agris, floret aeſtate, varietas obſeruante *Moriſono* inprimis Autumno in herboſis negligentius cultis occurrit; perennis.

Boues et jumenta hanc plantam non commedere refert *I. Bauhinus.*

* * * * * * * * * * * * * * * *

CLASSIS VI.

Plantae flore perfecto, dipetalo.

I. MONANTHERA.

STELLARIA. D. G. 368.

247. Stellaria foliis ad caulem anguſtis, in ſummitate ſubrotundis *Hall. 198.*

Stellaria aquatica *C. B. P. 141. Lob. Ic. a. 792.*

Foeniculum aquaticum ſtellatum *Tab. 187.*

Alſine aquis innatans foliis longiuſculis *I. B. III. b. 777.*

248. Stellaria foliis omnibus ſubrotundis *Hall. 199.*

Alſine aquatica ſurrectior *I. B. III. b. 777.*

Callitriche Plinii *Col. Ecphr. I. 316.*

Lenticula paluſtris bifolia fructu tetragono *C. B. P. 362.*

249. Stellaria foliis omnibus anguſtis, apice reſecto *Hall. 198.*

Lenticula paluſtris anguſtifolia folio in apice diſſecto *Gottſch. 140. ic. 38.*

In foſſis pratorum, et vbi aquae ſtagnant, omnes habitant.

Has

Has tres, varietates potius, quam ſpecies vnico Coriſpermi foliis oppoſitis, nomine inſigniuit *Linn. Cliff. 3. Roy. 205.*

II. DIANTHERA

CIRCAEA. D. G. 369.

250. Circaea *Matth. 627. Linn. Cliff. 7. Roy. 303.*
Circaea Lutetiana *Tourn. 301. Boerh. I. 78.*
Circaea major foliis longioribus obiter crenatis *Hall. 456.*
Solanifolia, Circaea dicta major *C. B. P. 168. Moriſ. II. 617. ſ. 5. t. 34. f. 1.*
Hexenkraut.
In ſyluis copioſe, *im Roſenthale*, floret Iul. Aug. perennis.
An ab hac vere differat Circaea calyce colorato *Linn. Fl. Lapp. 3.* ipſe dubitat *Linnaeus* in *H. Cliff.* Iconem hujus vide in *Col. Ecphr. II. 80.*

CLASSIS VII.

Plantae flore perfecto, tripelato.

I. HEXANTHERAE.

A. TRISTYLA.

TRIGLOCHIM. D. G. 383.

251. Triglochim fructu tenui *Linn. Fl. Lapp. 134. Roy. 44. Hall. 258.*
Gramen junceum IV *Tab. 535.*
Gramen Triglochim *I. B. II. 508.*
Gramen junceum ſpicatum ſ. Triglochim *C. B. P. 6. Th. 81. ic. Tab.*
Iuncago paluſtris annua et vulgaris *Tourn. 266. Mich. 43.*

In

In paludosis pratis, *auf den Schönfelder Wiesen*, Iunio, annua.

B. POLYSTYLA.

ALISMA. D. G. 384.

252. Alisma fructu obtuso trigono *Linn. Cliff. 141.*
Plantago aquatica *Matth. 377. ic. b. Tab. 111. ead. Dod. 596. I. B. III. b. 778.*
Plantago aquatica latifolia *C. B. P. 190. Boerh. I. 45.*
Damasonium panicula verticillata, petiolis ramosis, siliquis monospermis *Hall. 300.*
Var. Plantago aquatica angustifolia *Tab.*
Wasserwegerich.
In palustribus frequens, Iul. Aug. perennis.
De angustifolia controuersia est, varietatem eam esse consentit *Linnaeus* in *Fl. Lapp.* separatim vero illam exhibet in *H. Cliff.* et fructu globoso, vndique echinato a priori differre scribit, an igitur diuersam a vulgari angustifolia intelligit? Datur perrara et elegans species scapho geniculato, rèptante, vnifloro, quam in agro Berolinensi nobis ostendit *Cl. Gleditschius.*

II. POLYANTHERAE.

A. MONOSTYLA.

POLYGALA. D. G. 386.

253. Polygala foliis omnibus acutis *Hall. 606.*
Polygala coerulea, alba, purpurea *Tab. 1213.*
Polygala vulgaris *C. B. P. 215. Boerh. I. 236.*
Polygala foliis lineari lanceolatis, caulibus procumbentibus annuis *Linn. Cliff. 352. Roy. 393.*
Polygalon multis *I. B. III. a. 387.*
Creutzblümgen.
In pratis et pascuis plurimis, *auf dem Gickerlingsberge*, Majo, Iunio. perennis.

B. HEXA-

B. HEXASTYLA.

254. Butomus *Linn. Cliff. 155. Roy. 45. Hall. 299.*
Butomus flore roſeo *Tourn. 271. Boerh. I. 299.*
Iuncus floridus *Matth. 731. bene I. B. II. 524.*
Iuncus cyperinus floridus *Tab. 567. ic. Matth.*
Iuncus floridus major *C. B. P. 12.*
Waſſerviolen.
Ad ſtagna et fluuios, *im Gerberwaſſer*, Iul. Aug. perennis.

* *

CLASSIS VIII.

Plantae flore perfecto, tetrapetalo, regulari.

I. TETRANTHERAE.

A. MONOSTYLAE.

TRAPA. D. G. 390.

255. Trapa.
Trapa petiolis foliorum natantium verrucoſis *Linn. Cliff. 483. Fl. Suec. 134.*
Tribulus aquaticus *Matth. 693. ic. b. I. B. III. b. 767. C. B. P. 194.*
Tribuloides vulgare aquis innaſcens *Tourn. 655.*
Tribuloides *Rupp. 62. Hall. 468.*
Stachelnüſſe, Waſſernüſſe.
Creſcit in ſtagnantium fluuiorum partibus et lutoſis foſſis, *in dem Teiche bey Lindenau*, Iun. perennis.
Ex fructu eduli, omnibus noto, interdum farina conficitur.

VNIFOLIVM. D. G. 394.

256. Vnifolium *Tab. 1134. Dod. 205. Rupp. 93. Hall. 288.*

Vni-

Vnifolium ſ. Ophrys vnifolia *I. B. III. b. 534.*
Monophyllon *Matth. 709. bene.*
Lilium conuallium minus *C. B. P. 304.*
Smilax vnifolia humillima *Tourn. 654. Boerh. II. 64.*
Conuallaria foliis cordatis *Linn. Cliff. 125. Roy. 26. Gmel. I. 35.*

In ſyluis, *im Gundorffer und Univerſitætsholze*, Maj. Iun. perennis.

Minus appropriatum nomen eſſe credit *Linnaeus*, cum planta duo folia gerat, primo vero tempore et antequam floret, vnicum modo praeſens eſt folium radicale; caulis vero ipſe duo obtinet.

CORNVS. D. G. 395.

257. Cornus vmbellis inuolucro multoties longioribus *Linn. Cliff. 38. Roy. 249. Hall. 463.*
Cornus foemina *Tab. 1459. C. B. P. 447. Tourn. 641. Boerh. II. 256.*
Cornus foemina putata, Virga ſanguinea *I. B. I. a. 214.*
Virga ſanguinea *Matth. 214. Dod. 770.*
Oſtea Riuini *Rupp. 93.*
Hartrieder, *Hartriegel.*

In ſyluis et ſepibus, *im Roſenthale*, floret Majo, frutex.

158. Cornus vmbellis inuolucrum aequantibus *Linn. Cliff. 38. Roy. 249.*
Cornus mas *Matth. 213. Tab. 1459.*
Cornus ſylueſtris mas *C. B. P. 447.*
Cornus ſatiua ſ. domeſtica *I. B. I. a. 210.*
Cornus hortenſis mas *Tourn. 641. Boerh. II. 256.*
Corneliuskirſche, *Horlsken.*

In ruſticorum hortis vbique, floret ſaepe fine Februarii, fructus Auguſto maturitatem nanciſcitur, Arbor.

B. TE-

B. TETRASTYLA.

POTAMOGETTON. D.G. 397.

259. Potamogetton foliorum oris plicatis et molliter ſpinoſis *Hall. 200.*

Potamogetton foliis criſpis ſ. Lactuca ranarum *C. B. P. 193.*

Potamogetton foliis lanceolatis alternis vndulatis *Roy. 212.*

Fontilapathum puſillum *Lob. Ic. a. 286. bene.*

Fontinalis criſpa *I. B. III. b. 770.*

In fluuiis paſſim, *in der Pleiſſe*, floret Majo.

260. Potamogetton foliis lanceolatis, oppoſitis, acuminatis *Roy. 213. Hall. 200.*

Potamogetton foliis criſpis conjugatis *Boerh. I. 197.*

Fontinalis media lucens *I. B. III. b. 769.*

Cum priori.

261. Potamogetton foliis oblongo ouatis petiolatis *Linn. Cliff. 40. Roy. 212. Hall. 199.*

Potamogetton *Matth. 796. Tab. 1117. ead.*

Potamogetton rotundifolium *C. B. P. 193. Boerh. I. 196.*

Potamogetton foliis oblongo ouatis natantibus *Linn. Fl. Lapp. 68.*

Saamkraut.

In aquis paſſim, inprimis ſtagnantibus, *hinter dem Brandvorwerck*, Maj. Iunio floret,

262. Potamogetton foliis ouatis, longiſſimis, pediculatis *Hall. 199.*

Potamogetton foliis anguſtis ſplendentibus *C. B. P. 193.*

Potamogetton foliis lanceolatis in petiolos deſinentibus *Linn. Cliff. 40. Roy. 212.*

Potamogetton aquis immerſum folio pellucido lato oblongo acuto *Boerh. I. 197.*

Fontinalis

Fontinalis lucens major *I. B. III. b. 769.*
In dem Teiche bey Leitſch.

263. Potamogetton pediculis floriferis longiſſimis, glomerulis florum remotis *Hall. 201.*
Potamogetton puſillum *Bocc. Sic. 42. t. 20. f. 5.*
Potamogetton foliis linearibus acutis longiſſimis alternis confertis *Roy. 213.*
In iisdem cum praecedentibus locis.

264. Potamogetton caule tereti, foliis anguſtiſſimis, ſpica minima *Hall. 201.*
Potamogetton gramineum ramoſum *C. B. Prodr. 101. I. B. III. b. 770.*
Potamogetton gramineum tenuifolium *Gottſch. 206. ic. 67.*
Potamogetton puſillum folio gramineo breuiori *Vaill. Par. t. 32. f. 4.*
Potamogetton foliis linearibus alternis remotis *Roy. 213.*

Praecedentium omnes, omnes perennem radicem habent.

II. HEXANTHERAE.
MONOSTYLAE.

MYAGRVM. D. G. 399.

265. Myagrum ſiliculis obuerſe ouatis, pedunculatis *Linn. Fl. Suec. 541.*
Myagrum ſatiuum *C. B. P. 109.*
Myagrum majus ſ. ſatiuum *Moriſ. II. 314. f. 3. t. 21.*
Myagrum ſiliculis obuerſe ouatis, lateribus impreſſis *Linn. Cliff. 328. Roy. 330.*
Alyſſum ſegetum foliis auriculatis acutis *Tourn. 217. Boerh. II. 4.*
Alyſſum foliis ſcabris ſagittatis leuiter dentatis *Hall. 537.*
Var. Alyſſum ſegetum elatius foliis auriculatis flore et ſemine minore *Rupp. 85.*

Flachsdotter

Flachsdotter, Leindotter.

Colitur in agris, var. in muris et inter Linum in agro Martisburgenſi frequens, Iun. Iul. floret annua.

Semina huius plantae, ex quibus inprimis oleum paratur, pro Seſami ſeminibus venduntur.

ISATIS. D. G. 401.

266. Iſatis foliis radicalibus crenatis, caulinis integerrimis, pene acutis, ſiliculis oblongis *Linn. Fl. Suec. 543.*

Iſatis ſylueſtris *Matth. 471. Tab. 114. ead. Dod. 79. Moriſ. II. 286. ſ. 3. t. 15. f. 10. et 11.*

Iſatis ſylueſtris vel anguſtifolia *C. B. P. 113. Boerh. II. 3.*

Iſatis ſ. Glaſtum ſpontaneum *I. B. II. 909.*

Iſatis *Linn. Cliff. 341. Roy. 330. Hall. 535.*

Var. Iſatis ſatiua vel latifolia *C. B. P.*

Haec ſatiua colitur, *auf den Zweynauendörffer Feldern*, floret Maj. Iun. vtplurimum biennis.

RAPHANISTRVM. D. G. 402.

267. Raphaniſtrum ſiliquis articulatis, vniloculari-bus.

Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra majore et minore *Moriſ. II. 265. ſ. 3. t. 13. f. 1. et 2. Tourn. 230.*

Rapiſtrum flore albo ſiliqua articulata *C. B. P. 95.*

Rapiſtrum flore albo ſtriato, Sinapi agreſte album Tragi *I. B. II. 851.*

Raphanus ſiliquis teretibus articulatis vniloculari-bus *Linn. Cliff. 340. Roy. 344. Hall. 555.*

Var. Raphaniſtrum aruenſe flore luteo *Tourn. Hederich.*

In agris frequens, Iun. Iul. Aug. annua.

Varietates plures lege in *H. Cliff.* et *Hallero.*

RAPHANVS. D. G. 404.

268. Raphanus.

Raphanus siliquis teretibus torosis bilocularibus *Linn. Cliff. 340. Roy. 344.*

Varietates plures, quaenam vera species, dubium.

1) Raphanus minor oblongus *C. B. P. 96. Boerh. II. 11.*
Radicula sativa minor *Dod. 665.*
Radießgen.
Seritur, floretque Majo.

2) Raphanus major oblongus *Boerh. II. 11.*

3) Raphanus major orbicularis vel rotundus *C. B. P. 96.*
Raphanus s. Radicula sativa *Dod. 665.*

4) Raphanus niger, major rotundus *C. B. P. 96.*
Rettich.
Conf. *Matth. 349. Tab. 797.* et *Moris. II. 265. s. 3. t. 13.*
Colitur tota gens in agris oleraceis passim, floret aestate, annua.

BRASSICA. D. G. 405.

269. Brassica.

Brassica radice caulescente tereti carnosa *Linn. Cliff. 338. Roy. 343.*
Cultura varietates generauit plurimas:

1) Brassica vulgaris sativa *Dod. 610.*
Brassica alba et viridis *C. B. P. 111.*

2) Brassica capitata alba *C. B. P. I. B. II. 826. Dod. 612.*
Weißkraut, Weißkohl.

3) Brassica alba crispa *C. B. P. 111.*
Brassica sabauda rugosa *I. B. II. 828.*
Brassica sabauda *Dod. 612.*
Berschkohl, Savoyerkohl.

4) Brassica fimbriata *C. B. P. 112.*
Brassica crispa *Dod. 611.*

5) Brassica laciniata alba *I. B.*

Braun-

Braunkohl.

6) Braſſica cauliflora *C. B. P. 111. Dod. 613.*
Braſſica multiflora *I. B. II. 828.*

Blumenkohl, Chartiuiol.

7) Braſſica gongylodes *C. B. P. 111.*
Braſſica caulorapa *I. B. II. 829.*

Kohlrüben.

8) Braſſica radice Napi ſ. non cauleſcens *Rupp. 74.*
Napo braſſica *C. B. P. 111.*

Kohlrüben unter der Erden.

Conf. *Matth. 366. Tab. 784. Moriſ. II. 206. ſ. 3. t. 1.*

Quodſi Braſſicae vel rubrae vel diuerſae ſimul poſitae floreant, fructumque ferant, tum ex rubrae ſeminibus excreſcit alba et vice verſa, hocque ex miſcela pulueris antherarum accidere putat *Blair.*

RAPA. D. G. 406.

270. Rapa radice cauleſcente, fuſiformi.
Napus *Matth. 348. Dod. 663.*
Napus ſylueſtris *C. B. P. 95. I. B. II. 843. Moriſ. II. 114. ſ. 3. t. 2. f. 2. Boerh. II. 13.*
Braſſica radice cauleſcente fuſiformi *Linn. Cliff. 339. Roy. 344.*

Var. Napus ſatiua *C. B. P.*

Rübeſaat, Rübſen.

In agris colitur, et pro diuerſo ſationis tempore vel vere vel aeſtate floret, annua.

Paratur oleum multi vſus.

271. Rapa radice cauleſcente, orbiculari, depreſſa, carnoſa.
Braſſica radice cauleſcente orbiculari depreſſa carnoſa *Linn. Cliff. 339. Roy. 344.*

Binae inprimis occurrunt varietates:

1) Rapa ſatiua oblonga ſ. foemina *C. B. P. 90.*
Rapum longum *Matth. 346.*

Rapum ſatiuum oblongum *I. B. II. 838.*

2) Rapa ſatiua rotunda *C. B. P. 89.*

Rapum rotundum *Matth. 346.*

De his et aliis vid. *Tab. 790.*

Rüben.

Colitur paſſim in agris, floret aeſtate, annua.

Poſt demeſſas ſegetes ſatae radices reliquis antecellunt, et *Halmrüblein* dicuntur.

SINAPI. D.G. 408.

272. Sinapi (Sinapis) ſiliquis multangulis, toroſo turgidis, roſtro proprio longioribus *Linn. Cliff. 338. Roy. 343. Hall. 554.*

Sinapi aruenſe praecox ſemine nigro folio non ſinuato *Moriſ. II. 216. ſ. 3. t. 3. f. 7. Boerh. II. 13.*

Lampſana *Matth. 356.*

Rapiſtrum flore luteo *C. B. P. 95. I. B. II. 844.*

Hederich.

Inter ſegetes, inuitis agricolis, luxuriat, Menſe Majo et tota aeſtate florens, annua.

ERYSIMVM. D. G. 409.

273. Eryſimum ſiliquis ſcapo adpreſſis *Linn. Cliff. 337. Roy. 342.*

Eryſimum I. *Tab. 840. ic. Matth.*

Eryſimum vulgare *C. B. P. 100. Boerh. II. 14.*

Irio *Matth. 431. ic. b.*

Iria ſ. Eryſimum *Dod. 702. Lob. Ic. a. 206.*

Siſymbrium foliis pinnatis, extremo lobo triangulo, ſiliquis erectis, cauli adpreſſis *Hall. 551.*

Wegeſenff.

Iuxta muros, parietes et ſepes vbique, floret Iunio, annua.

Dicitur vulgo Eryſimum *Lobelii*, at enim vero *Lobelius* non ipſam plantam primus deſcripſit, ſed ſyrupum modo ex ea parauit.

274. Ery-

274. Eryſimum foliis lyrato pinnatis, extimo haſtato *Linn. Fl. Suec. 556.*

Eryſimum II. *Tab. 840.*

Eryſimum alterum ſiliquis Erucae *C. B. P. 101. Boerh. II. 14.*

Eryſimum latifolium majus glabrum *Moriſ. II. 218. ſ. 3. t. 3. f. 3.*

Irio laeuis apulus Erucae folio *Col. Ecphr. I. 265.*

Auf der Gonnewitzer Schanze, floret Iul. Aug. perennis.

SISYMBRIVM. D. G. 410.

275. Siſymbrium foliis pinnatifidis, ſerratis *Linn. Fl. Suec. 551.*

Siſymbrium aquaticum foliis in profundas lacinias diuiſis ſiliqua breuiore *Tourn. 226. Boerh. II. 16.*

Siſymbrium foliis imis capillaceis, ſummis pinnatifidis *Linn. Cliff. 337. Roy. 341.*

Siſymbrium foliis pinnatis, pinnis ſerratis, ſiliqua breui *Hall. 548.*

Raphanus aquaticus *Tab. 797. I. B. II. 867.*

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis *C. B. P. 97. Prod. 38.*

In lacubus et ſtagnis paſſim, floret Iulio, perennis.

Summam certe affinitatem cum ſequente habet, ita vt facile cum *Hallero* hanc illius varietatem eſſe credam.

276. Siſymbrium foliis ſimplicibus, dentatis, ſerratis *Linn. Cliff. 337. Roy. 341. Hall. 548.*

Siſymbrium aquaticum Raphani folio ſiliqua breviore *Tourn. 226. Boerh. II. 16.*

Rapiſtrum aquaticum *Tab. 792.*

Raphanus aquaticus alter *C. B. Prodr. 38. ic. b.*

Radicula paluſtris *I. B. II. 866.*

Waſſerkreſſe, Waſſerrettich.

In ſtagnantium aquarum limitibus frequens, floret Iulio, perennis.

Folia ſupra aquam ſimplicia, ſerrata, infra eam profunde pinnatifida.

277. Siſymbrium foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis *Linn. Cliff. 336. Roy. 340.*

Siſymbrium aquaticum *Matth. 379. Tab. 846. ead. Tourn. 226. Boerh. II. 15.*

Siſymbrium, Cardamine, ſ. Naſturtium aquaticum *I. B. II. 884.*

Siſymbrium foliis pinnatis anguloſis, floribus ſuper folia vix elatis *Hall. 549.*

Naſturtium aquaticum ſupinum *C. B. P. 104.*

Brunnenkreſſe.

In riuulis et ad fontes puriores creſcit, *bey Rückmarſchdorff an der Wieſe*, Iunio, perennis.

278. Siſymbrium foliis pinnatis, foliolis lanceolatis, ſerratis *Linn. Cliff. 336. Roy. 341.*

Siſymbrium paluſtre repens Naſturtii folio *Tourn. 226. Boerh. II. 16.*

Siſymbrium pinnis profunde ſerratis, diſſitis *Hall. 548.*

Eruca paluſtris minor *Tab. 836.*

Eruca paluſtris et Naſturtii folio ſiliqua oblonga *C. B. P. 198.*

In agrorum terminis et confiniis humidis, floret Iunio, perennis.

279. Siſymbrium foliis pinnatis, pinna extrema ampliſſima, ſubrotunda *Hall. 549.*

Siſymbrium Erucae folio glabro flore luteo *Tourn. 226. Boerh. II. 15.*

Barbarea foemina *Tab. 843.*

Barbarea *Dod. 700. I. B. II. 868.*

Eryſimum

Eryſimum foliis baſi pinnato dentatis, apice ſubrotundo *Linn. Cliff. 338. Roy. 342.*

Eryſimum foliis lyratis, extimo ſubrotundo *Linn. Fl. Suec. 557.*

Winterkreſſe, St. Barbenkraut.

Vbique ad foſſas et vias, *bey der Leimgrube*, Majo, perennis.

280. Siſymbrium petalis calyce minoribus, foliis decompoſito pinnatis *Linn. Fl. Suec. 553.*

Siſymbrium annuum Abſinthii minoris folio *Tourn. 226. Boerh. II. 16.*

Siſymbrium corolla calyce minore foliis multifidis linearibus *Linn. Cliff. 337. Roy. 341.*

Siſymbrium pinnis foliorum pinnatis pinnulis ſubhirſutis linearibus *Hall. 550.*

Herba Sophia latifolia et anguſtifolia *Tab. 26.*

Naſturtium ſylueſtre tenuiſſime diuiſum *C. B. P. 105.*

Seriphium ſ. Sophia quibusdam *I. B. II. 886.*

Wellſaamen, Beſenkraut, Sophienkraut.

In locis ruderatis et ad muros vbique, floret Majo, Iunio, perennis.

281. Siſymbrium foliis cordatis retuſis *Hall. 553.*

Alliaria *Tab. 1144. C. B. P. 110.*

Heſperis Allium redolens *Moriſ. II. 252. ſ. 3. t. 10. f. 6. Tourn. 222. Boerh. II. 19.*

Eryſimum foliis cordatis *Linn. Cliff. 338. Roy. 342*

Knoblauchskraut, Leuchel, Ramſchenwurzel.

Ad ſepes paſſim et in ſyluis, *im Streitholze, Poetengange*, floret Majo, perennis.

Trita Allium redolet, et a vaccis comeſta ſaporem alliaceum ingratum lacti communicat.

HESPERIS. D. G. 411.

282. Hesperis caule ramosissimo, foliis lanceolatis, saepius dentatis *Linn. Cliff. 335. Roy. 338.*
Hesperis sylvestris paruo flore *C. B. P. 202. Prodr. 103. Boerh. II. 20.*
Inter segetes quandoque, aestate, annua.

TVRRITIS. D. G. 413.

283. Turritis foliis radicalibus dentatis hispidis, caulinis integerrimis, amplexicaulibus, glabris *Linn. Cliff. 339. Roy. 339. Hall. 560.*
Turritis foliis inferioribus cichoraceis, caeteris Perfoliatae *Tourn. 224. Boerh. II. 14.*
Brassica sylvestris foliis circa radicem cichoraceis *C. B. P. 112.*
Glastifolia cichoroides, Turritis II Clusii *I. B. II. 836.*
Thurmsenff, Thurmkohl.
Ad sepes passim, *auf dem Gickerlingsberge, auf den Wiesen von Golitz nach Möckern*, floret Majo, perennis.
Variat interdum monstrosaque euadit, dum flores in capitulum colliguntur, viridibus omnibus partibus persistentibus; morbus certe ab insectis illatus esse videtur.

284. Turritis foliis lanceolatis, rariter dentatis, caule ramoso.
Turritis Leucoji folio *Tourn. 224. Boerh. II. 15.*
Myagro affinis planta siliquis longis *I. B. II. 894.*
Myagrum siliqua longa *C. B. P. 109.*
Erysimum foliis integris lanceolatis *Linn. Cliff. 337. Roy. 342.*
Sisymbrium foliis integris oblongis subasperis *Hall. 550.*
Rarius occurrit, *auf den Wiesen nach dem Kuhthurme*, floret aestate, annua. 285.

285. Turritis foliis aſperis, dentatis, caule ſimplici *Hall. 561.*

Turritis hirſuta montana flore albo *Rupp. 79.*

Turritis foliis omnibus dentatis hiſpidis, alternis amplexicaulibus *Linn. Cliff. 339. Roy. 339.*

Eryſimo ſimilis hirſuta *Matth. 432. C. B. Prodr. 42. bene.*

Barbaraea muralis *I. B. II. 869.*

In locis humidioribus et vmbroſis, *auf der Wieſe nach Rückmarſchdorff*, floret Majo, annua, ſaepe biennis.

ARABIS. D. G. 414.

286. Arabis foliis ouatis, vix dentatis, ſcabris, ad terram confertis *Hall. 562.*

Arabis foliis lanceolatis petiolatis integerrimis *Roy. 339.*

Burſae paſtoris ſimilis ſiliquoſa major *C. B. P. 108.*

Drabae ſiliquoſae ſimilis planta praecox annua *Moriſ. II. 235. ſ. 3. t. 7. f. 5.*

Turritis vulgaris ramoſa *Tourn. 224. Boerh. II. 15.*

In ſegetibus, agris et cultis, *um Golitz*, frequens, floret Majo, annua.

CARDAMINE. D. G. 415.

287. Cardamine foliis pinnatis, foliolis ſubrotundis integris *Linn. Fl. Suec. 559.*

Cardamine I. *Tab. 844.*

Cardamine pratenſis magno flore purpuraſcente *Tourn. 224. Boerh. II. 16.*

Cardamine foliis pinnatis caule erecto *Linn. Cliff. 336. Roy. 345.*

Cardamine foliis pinnatis, imorum pinnis ſubrotundis anguloſis, ſuperiorum oblongis et ſtrictis *Hall. 559.*

Naſturtium pratenſe magno flore *C. B. P. 104. Moriſ. II. 223. ſ. 3. t. 4. f. 7.*

In pratis humidis, *im Streitholze und Gonnewitz*, floret Aprili, Majo, perennis.

288. Cardamine foliis pinnatis, pinnis laciniatis *Linn. Cliff. 336. Roy. 345. Hall. 557.*

Cardamine annua exiguo flore *Tourn. Boerh. II. 17.*

Siſymbrii Cardamines ſpecies quaedam inſipida *I. B. II. 886.*

Naſturtium minimum annuum flore albo *Moriſ. II. 221. ſ. 3. t. 4. f. 1.*

In ſyluis vliginoſis, *im Roſenthale und Streitholze*, Majo, annua.

Petala fugacia et valde exigua, ſiliquae elaſtica vi ac cum impetu diſſilientes.

THLASPI. D. G. 418.

289. Thlaſpi ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris *Linn. Cliff. 330. Roy. 333.*

Thlaſpi majus *Tab. 849.*

Thlaſpi aruenſe ſiliquis latis *I. B. II. 923. C. B. P. 105. Boerh. II. 7.*

Naſturtium ſiliculis orbiculatis foliis oblongis dentatis glabris *Hall. 545.*

Pfennigkraut.

In aruis et inter ſegetes, *nach der Leimgrube*, April, Maj. annua.

290. Thlaſpi ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis, dentatis, incanis *Linn. Cliff. 330. Roy. 333.*

Thlaſpi III. *Tab. 850.*

Thlaſpi vulgatius *I. B. II. 921. Tourn. 212.*

Thlaſpi aruenſe vaccariae incano folio majus *C. B. P. 106. Moriſ. II. 294. ſ. 3. t. 17. f. 14.*

Naſturtium ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis *Hall. 544.*

Cum praecedente et inuenitur et floret, annua.

BVRSA

BVRSA PASTORIS. D. G. 419.

291. Burſa Paſtoris *Matth. 429.*
Burſa paſtoria major *Tab. 512. ead.*
Burſa paſtoria *I. B. II. 936.*
Burſa paſtoris major folio ſinuato *C. B. P. 108. Tourn. 216. Boerh. II. 9.*
Thlaſpi ſiliquis verticaliter cordatis *Linn. Cliff. 330. Roy. 334.*
Naſturtium ſiliquis verticaliter cordatis *Hall. 545. Hirtentaſche, Täſchelkraut.*
Nil vulgatius in pratis, viis vbique et toto anno, annua.
Haec magnitudine et foliorum diuiſione mire ludit, atque ita nouas quaſi apparentes ſpecies inexpertis ſiſtit.

IBERIS. D. G. 421.

292. Iberis foliis pinnatis, caule nudo, non ramoſo *Hall. 542.*
Iberis foliis ſinuatis caule nudo ſimplici *Linn. Cliff. 329. Roy. 336.*
Naſturtium petraeum *Tab. 842.*
Burſa paſtoris minor foliis inciſis *C. B. P. 108. Boerh. II. 9.*
Burſa paſtoris paruo folio glabro ſpiſſo *I. B. II. 937.*
Burſa paſtoris minor foliis alatis coſtae mediae adhaerentibus *Moriſ. II. 305. ſ. 3. t. 20. f. 4. ic. b.*
In agris arenoſis, *auf dem Wege nach Schönfeld, hinter dem Bienitz gegen die Rückmarsdorffer Wieſe,* floret Aprili, annua.

NASTVRTIVM. D. G. 422.

293. Naſturtium foliis imis multifidis, ſuperioribus integris peranguſtis *Hall. 543.*
Naſturtium ſylueſtre *I. B. II. 914.*
Naſturtium ſylueſtre oſyridis folio *C. B. P. 105. Boerh. II. 8.*

Thlaſpi

Thlaſpi minus germanicum *Tab. 853.*

Lepidium foliis radicalibus dentato pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis *Linn. Cliff. 331. Roy. 335.*

Lepidium floribus apetalis diandris *Linn. Fl. Suec. 534.*

In ſolo arenoſo et ruderatis paſſim, Iun. Iul. annua.

Ab hac non differt Iberis Naſturtii folio *C. B. P.* magnitudo enim petalorum ſola imminuta, nihil valet, licet contrarium adfirmet *Ruppius.*

COCHLEARIA. D. G. 425.

294. Cochlearia foliis radicalibus lanceolatis, caulinis inciſis *Linn. Cliff. 332. Roy. 336.*

Cochlearia folio cubitali *Tourn. 215. Boerh. II. 10.*

Raphanus ruſticanus *Matth. 350. C. B. P. 96. Moriſ. II. 237. ſ. 3. t. 7. f. 2.*

Raphanus marinus *Tab. 799. ic. Matth.*

Raphanus ſylueſtris ſ. Armoracia *I. B. II. 851.* *Meerrettich, Kreen.*

In humidis et agrorum vmbroſis locis colitur, et e rejectaneis hortorum ſpontanea facta ad ripas fluminum et foſſas, *an der Elſter neben den Steinwege nach Lindenau,* floret Iun. Iul. perennis.

DRABA. D. G. 428.

295. Draba caulibus nudis, foliis inciſis *Linn. Cliff. 333. Roy. 333. Hall. 538.*

Alſine V. minima *Tab. 1087. bene.*

Burſa paſtoris minima oblongis ſiliquis verna *I. B. II. 937.*

Burſa paſtoris minor loculo oblongo *C. B. P. 108. Moriſ. II. 305. ſ. 3. t. 20. f. 6. folia integra.*

Alyſſum vulgare Polygoni folio caule nudo *Tourn. 217. Boerh. II. 4.*

Paſſim

Paſſim ſecus vias et in ſegetibus, Mart. April. annua.

ALYSSVM. D. G. 429.

296. Alyſſum caule erecto, foliis lanceolatis, incanis, integerrimis, floribus corymboſis *Linn. Cliff. 332. Roy. 331.*

Alyſſum fruticoſum incanum *Tourn. 217. Boerh. II. 4.*

Thlaſpi fruticoſum incanum *C. B. P. 108.*

Thlaſpi capſulis ſublongis incanum *I. B. II. 929.*

Thlaſpi incanum flore albo capſulis oblongis *Moriſ. II. 292. ſ. 3. t. 16. f. 7.*

In arenoſis agris et ad ſepes, *zu Gundorff*, floret Iulio, perennis.

III. OCTANTHERAE.

A MONOSTYLAE.

CHAMAENERION. D. G. 435.

297. Chamaenerion ſpicatum, foliis lanceolatis, vix dentatis.

Chamaenerion latifolium vulgare *Tourn. 302. Boerh. I. 317.*

Lyſimachia, Chamaenerion dicta latifolia *C. B. P. 245. Moriſ. II. 269. ſ. 3. t. 11. f. 1.*

Epilobium foliis lanceolatis integerrimis *Linn. Cliff. 145. Roy. 250.*

Epilobium floribus difformibus, piſtillo declinato *Linn. Fl. Suec. 304.*

Epilobium ſpicatum flore difformi, foliorum nervo eminente, ora leuiter ſerrata *Hall. 408.*

Weiderichröſslein.

Ad riuulos et quandoque in ſyluis, Iulio, perennis.

298. Chamaenerion floribus ex alis ſeſſilibus, foliis lanceolatis, dentatis, villoſis.

Chamae-

Chamaenerion villoſum magno flore purpureo *Tourn. 303. Boerh. I. 317.*

Lyſimachia ſiliquoſa I. *Tab. 1237.*

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore *C. B. P. 245. I. B. II. 905. Moriſ. II. 270. ſ. 3. t. 11. f. 3.*

Epilobium foliis lanceolatis ſerratis *Linn. Cliff. 145.*

Epilobium foliis longis dentatis villoſis flore magno *Hall. 410.*

Ad foſſas paſſim, *in der Pleiſſe am Ochſenwehre hinter dem Brandvorwerke, auch in den Graben unter den Wieſen im Bienitz*, Iun. Iul. perennis.

299. Chamaenerion floribus ex alis ſeſſilibus, foliis ouatis, ſerratis, hirſutis,

Chamaenerion glabrum majus *Tourn. 303. Boerh. I. 317.*

Lyſimachia ſiliquoſa II. *Tab. 1237.*

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major *C. B. P. 245. Moriſ. II. 270. ſ. 3. t. 11. f. 5.*

Epilobium foliis ouatis dentatis *Linn. Cliff. 145. Roy. 251.*

Epilobium foliis ex ouato lanceolatis ſerratis, leviſſime hirſutis *Hall. 409.*

Inter frutices et dumeta denſiora, Iun. Iul. perennis.

HYPOPITYS. D. G. 437.

300. Hypopitys ſpica nutante *Hall. 411.*

Orobanche quae Hypopitys dici poteſt *C. B. P. 88.*

Orobanche Hypopytis lutea *Mentz. Pug. t. 3. f. 2.*

Orobanche flore breuiori duplici Verbaſculi odore *Moriſ. III. 504. ſ. 12. t. 16. f. 13.*

Monotropa floribus lateralibus octandris, terminatrici decandro *Linn. Fl. Suec. 329.*

Habitat in ſyluis antiquis, inque terra foliis putridis tecta creſcit, *in Bienitz, auch Univerſitätsholze*, floret Iunio, Iulio, perennis.

Vt

Vt obſeruauimus; ſpica nutat, dum junior eſt planta, erigitur adulta. Haec planta non omni anno creſcit, niſi enim vernali tempore ſolum bene humidum et aquis inundatum fuerit, eam non prouenire cenſetur.

B. TETRASTYLAE.

ELATINE. D. G. 444.

301. Elatine foliis ſtellatis *Roy. 452.*
Ericoides facie Pinaſtellae *Rupp. 90.*
Alſinaſtrum Gallii folio *Vaill. Par. 6. t. 1. f. 6.*
Potamopytis *Buxb. Com. Petr. Tom. I. 243. t. 8. f. 2.*
In paludibus exſiccatis et aquoſis ſtagnantibus, *inter dem Linckeler Hölzgen*, Iul. Aug. etiam Octobr. perennis.

PARIS. D. G. 445.

302. Paris foliis quaternis *Linn. Cliff. 153. Roy. 461. Hall. 412.*
Herba Paris *Matth. 767. Dod. 441. I. B. III. 613. Tourn. 233. Boerh. II. 72.*
Aconitum ſalutiferum *Tab. 1095. ic, Matth.*
Solanum quadrifolium bacciferum *C. B. P. 167.*
Variat foliis ternis et quinis.
Einbeer, *Wolffsbeer.*
In ſyluis, *im Roſenthale*, floret Maj. April. perennis.
Narcotica planta, gallinas necat *Geſner Epiſt. 32. b.*

IV. POLYANTHERAE.

A MONOSTYLAE.

PAPAVER. D. G. 446.

303. Papauer foliis pinnatifidis, hiſpidis, fructu ſubrotundo *Linn. Cliff. 201. Roy. 479. Hall. 303.*
Papauer erraticum *Matth. 745. ic. b. Tab. 966. ead.*

Papauer

Papauer erraticum rubrum campeſtre *I. B. III. b. 395.*

Papauer erraticum majus *C. B. P. 171.*

Papauer capſula, flore, foliis obſcure virentibus *Boerh. II. 279. no. 18-30.*

Klapperroſen, Klatſchroſen.

Cum tritico reliquisque frugibus in agris, Iun. Iul. annua.

304. Papauer foliis ſimplicibus, glabris, inciſis *Linn. Cliff. 200. Roy. 479. Hall. 303.*

Papauer ſatiuum *Matth. 745. Tab. 961. ead. I. B. III. b. 390.*

Papauer vulgare cujus capitula foraminibus hiant *C. B. P. 170.*

Papauer capſula, flore et foliis lato, glabro, pallido, maximis *Boerh. I. 279. no. 1.-16.*

Papauer caule multifloro, foliis ſimplicibus glabris inciſis caulinis *Linn. H. Vpſ. 135.*

Mohn.

In agris cultis feritur, floret aeſtate, annua.

Ex hujus ſpeciei capitulis, flores continentibus, inciſis in Aſia Opium parari ſcribit *Hallerus.* Nonne vero de Papauere orientali hirſutiſſimo idem potius adfirmandum?

CHELIDONIVM. D. G. 447.

305. Chelidonium lobis ſubrotundis *Hall. 305.*

Chelidonium vulgare majus *Matth. 468. Tab. 102. ead. C. B. P. 144. Boerh. I. 305.*

Chelidonium *Moriſ. II. 257. ſ. 3. t. 11. f. 2.*

Chelidonium ſ. Chelidonia *I. B. III. b. 482.*

Chelidonium pedunculis multifloris *Linn. Cliff. 201. Roy. 478.*

Var. 1) Chelidonium majus laciniato flore *Cluſ. Hiſt. CCIII.*

2) Che-

2) Chelidonium majus foliis et flore laciniatis *Morif. II. 258.*

Locis gignitur incultis vbique, var. 2. rarius, viret toto anno, perennis.

Tota herba, quacunque parte laesa, succum lutei coloris, acrem rodentemque fundit. Hunc oculo instillandum, ad maculas delendas, commendarunt veteres.

B. POLYSTYLAE.

TORMENTILLA. D. G. 464.

306. Tormentilla *Matth. 674. optime Tab. 360. ead. Dod. 118. I. B. II. 398. g. Linn. Cliff. 194. Roy. 276.*

Tormentilla sylvestris *C. B. P. 326.*

Pentaphyllum Tormentilla dictum *Morif. II. 190. f. 2. t. 19. f. 13.*

Quinquefolium minus repens luteum flore tetrapetalo *Boerh. I. 40.*

Potentilla foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule erecto *Hall. 341.*

Tormentillwurtzel.

In sylvis earumque pratis, *bey Lindenau*, *im Bienitz*, Iul. Aug. perennis.

Varietatem flore pleno, sponte natam, vnica vice obseruauimus. In montosis faciem totam saepissime mutat.

Lapponibus multum vsum praestat: in primis hac ipsa varia e lana confecta tingunt rubro colore, Vid. *Linn. El. Lapp.* et *Act. Haffn. I. obs. 49.*

THALICTRVM. D. G. 465.

307. Thalictrum caule folioso striato, panicula multiplici terminatrici *Linn. Cliff. 226. Roy. 485. Hall. 308.*

Thalictrum nigrum caule et semine striato *I. B. III. b. 486.*

Thalictrum majus siliqua anguloſa aut ſtriata *C. B P. 336. Boerh I. 44.*

Ruta pratenſis major I. *Tab. 120.*

In pratis, *auf den Wieſen bey dem Kuhthurme,* Iun. Iul. perennis.

308. Thalictrum caule folioſo, foliis anguſtiſſimis, non dentatis *Hall. 307.*

Thalictrum pratenſe anguſtiſſimo folio *C. B. P. 337. Boerh. I. 44.*

Thalictrum foliis lanceolato linearibus integerrimis *Linn. Cliff. 226. Roy. 485.*

An Ruta pratenſis major anguſtifolia *Tab. 121. ?*

Cum praecedente et ferme in omnibus paluſtribus ſaepius et ad foſſas.

CLEMATIS. D. G. 466.

309. Clematis foliis pinnatis, foliolis ouato lanceolatis, integerrimis *Roy. 486.*

Clematis ſ. Flammula ſurrecta alba *I. B. II. a. 127. Moriſ. III. 616. Boerh. I. 46.*

Clematis foliis pinnatis, foliolis ouatis integerrimis *Linn. Cliff. 225.*

Flammula *Matth. 680.*

Flammula Iouis *Tab. 1274. ead.*

Flammula recta *C. B. P. 330.*

Ad ſepes, *in den Kohlgärten,* floret Iunio, perennis.

CLAS-

CLASSIS IX.

Plantae flore perfecto, tetrapetalo, irregulari.

I. PENTANTHERA.

MONOSTYLA.

BALSAMINA. D. G. 469.

310. Balſamina capſula oblonga tenui.

Balſamina lutea ſ. Noli me tangere *C. B. P. 306. Tourn. 419. Boerh. I. 320.*

Noli me tangere *Tab. 1254. I. B. II. 908. Col. Ecphr. I. 149. bene.*

Impatiens *Riv. tetr. ic. b.*

Impatiens pedunculis ſolitariis multifloris *Linn. Cliff. 428. Roy. 431. Hall 505.*

Impatiens pedunculis multifloris, foliis ouatis, geniculis caulinis tumentibus *Linn. Fl. Suec. 722.* *Springkraut.*

Ad riuulos et in ſyluis vmbroſis, *bey Golitz und Poetengange*, in alneto ad ripam Lupae, *hinter Neu-Scherbitz*, Iun. Iul. perennis.

Venenatam eſſe et nocuiſſe *Dodonaeus* aſſerit. Acris certe eſt planta.

II. HEXANTHERA.

MONOSTYLA.

FVMARIA. D. G. 471.

311. Fumaria pericarpiis monoſpermis *Linn. Cliff. 352. Roy. 394. Hall. 605.*

Fumaria *Matth. 807. I. et II. Tab. 85. Riv. tetr.*

Fumaria officinar. et Dioſcoridis *C. B. P. 143. Boerh. I. 308.*

Fumaria vulgaris latifolia ſiliquis curtis non biualvibus *Moriſ. II. 261. ſ. 3. t. 12. f. 9.*

Var. Fumaria offic. flore albo *Tourn. 422.*

Erdrauch, Taubenkropf, Ackerrauthe.

In locis cultis paſſim, Iun. Iul. et nonnunquam refloret autumno, annua.

Foliis tenuiſſimis et ſpica florum dilutiore variat.

312. Fumaria caule ſimplici, bracteis integris, radice bulboſa.

Fumaria altera *Matth. 807.*

Fumaria bulboſa I-IV. *Tab. 92.*

Fumaria bulboſa radice caua major flore rubro *C. B. P. 143. Boerh. I. 309.*

Fumaria tuberoſa major radice caua *Moriſ. II. 261. ſ 3. t. 12. f. 6.*

Fumaria caule ſimplici diphyllo, flore calyce deſtituto *Linn. Cliff. 351. Roy. 394.*

Fumaria caule ſimplici bifolio, radice caua, foliis inter flores integris *Hall. 604.*

Pſeudo Fumaria *Riv. tetr.*

Var. Fumaria bulboſa radice caua flore albo *C. B. P.*

Holzwurzel, Farnſaamen.

Copioſe creſcit, et bulbulis radicis ſe multiplicat, *an der Straſſe an dem Gonnewitzer Holze*, var. copioſe *von Gonnewitz nach Raſchwitz und Gautſch*, Mart. April. perennis.

313. Fumaria caule ſimplici, bracteis inciſis, radice tuberoſa.

Fumaria bulboſa minor *Tab. 94.*

Fumaria bulboſa radice rotunda non caua major *C. B. P. 144. Boerh. I. 309.*

Fumaria caule non ramoſo multifolio, radice bulboſa ſolida, foliis inter flores digitatis *Hall. 605.*

In

In dem Lazarethgarten, auch hinter Eitritſch, Mart. April. perennis.

Flore et habitu variat. Hanc et praecedentem conjungit *Linnaeus*, et bracteas integras vel inciſas, radicem cauam vel ſolidam, vt varietatis notam aſſumit. Iuniores plantae, e ſemine prioris natae, hanc alteram ſpeciem perfecte referunt, vnde forte *Linnaei* opinio. De differentia harum ſpecierum conf. *Ludwigii Pr. de minuendis plantarum ſpeciebus, et Moehringius in Commerc. litter. Norimb. 1740. Hebd. 6. pag. 41. ſq.*

Ariſtolochiae rotundae radicem eſſe bulboſam, non tuberoſam affirmat *Linnaeus*. Semina Filicis, in quibusdam officinis pharmaceuticis, ſunt ſemina hujus plantae.

III. DECANTHERAE.

A. VNILOCVLARES.

TRIFOLIVM. D. G. 473.

314. Trifolium floribus racemoſis, leguminibus nudis, diſpermis, caule erecto *Linn. Cliff. 376. Roy. 381.*

Trifolium odoratum ſ. Melilotus vulgaris flore luteo *I. B. II. 370. Moriſ. II. 161. ſ. 2. t. 16. f. 2.*

Lotus vrbana *Matth. 809.*

Lotus ſylueſtris I. II. *Tab. 893.*

Melilotus offic. germaniae *C. B. P. 331.*

Melilotus *Riv. tetr. bene.*

Melilotus ſiliquis turgidis breuibus obſcure tranſverſim rugoſis *Hall. 587.*

Var. Melilotus offic. germaniae flore albo *C. B. P. Meliloten, Steinklee.*

In pratis, agris, locis limoſis requietis paſſim, *in der Leimgrube*, Iul. annua.

Plures ſpecies huc retulit *Linnaeus*, quas etſi varietates eſſe concederem, tamen Melilotum fructu plano orbiculari *Boerh. II. 30.* ſeparandam eſſe exiſtimo, cum quam maxime differat, et ex ſeminibus ſata figuram ſuam retineat.

315. Trifolium ſpicis ſubouatis, calycibus inflatis, dorſo gibbis, *Linn. Cliff. 373. Roy. 378. Hall. 582.*

Trifolium caule nudo glomerulis glabris *I. B. II. 379. bene.*

Trifolium fragiferum minus oblongo capite italicum *Barrel. 851.*

Trifolium fragiferum folio oblongo *Vaill. t. 22. f. 2.*

In pratis et gramineis locis, *in der Leimgrube*, floret aeſtate, perennis.

Flores ſunt purpurei, in capitulum denſius congeſti, ex quinquedentato calice emergentes, quibus marceſcentibus, ſuperiores laciniae calicis excreſcunt et quaſi in veſica ſemina continent, laciniis inferioribus non mutatis.

316. Trifolium ſpicis oualibus, imbricatis, vexillis deflexis, perſiſtentibus, caule erecto *Linn. Cliff. 374. Roy. 378.*

Trifolium pratenſe luteum capitulo Lupuli *C. B. P. 328. Boerh. II. 31.*

Trifolium pratenſe luteum foemina flore pulchriore *I. B. II. 381.*

Trifolium racemis oualibus ſtrepentibus caule diffuſo *Hall. 580.*

Lupulinum *Riv. tetr.*

Hopffenklee.

In pratis ſiccis et arenoſis, *auf den Wieſen nach der Leimgrube*, floret Maj. Iun. Iul. annua.

317. Tri-

317. Trifolium ſpicis villoſis, foliis inſidentibus, vaginarum caudis capillaribus *Hall. 585.*
Trifolium pratenſe *Matth. 609. Tab 908. ead.*
Trifolium pratenſe purpureum *C. B. P. 327.*
Trifolium purpureum vulgare *I. B. II. 327.*
Trifolium pratenſe flore monopetalo *Tourn. 404. Boerh. II. 31.*
Trifolium *Riv. tetr.*
Trifolium ſpicis villoſis, caule diffuſo, foliolis integerrimis *Linn. Cliff. 375. Roy. 380.*
Klee, Wieſenklee.
In pratis paſſim ſponte, ferítur quoque pro pabulo boum, floret tota aeſtate, annua.
Hiberni hoc Trifolio aluntur, conficiunt panem ex floribus melleum ſuccum continentibus *Fl. Lapp.*

318. Trifolium ſpicis villoſis, foliis inſidentibus, vaginarum caudis latioribus *Hall. 585.*
Trifolium majus Cluſii II. non album ſed rubrum *I. B. II. 375.*
Trifolium montanum purpureum majus *C. B. P. 328. Boerh. II. 30.*
Trifolium folio longo flore purpureo *Riv. tetr.*
Trifolium ſpicis villoſis ſubouatis, caule erecto, foliis ouato oblongis integerrimis *Roy. 380.*
In montoſis ſyluis et elatioribus gramineis pluribus, *im Bienitz*, floret Maj. Iun. perennis.
Vaginis petiolorum floralium latioribus inprimis a praecedente differt.

319. Trifolium caule erecto, ſpicis albis, denſis, breuibusque terminato, foliis neruoſis, inferne ſubhirſutis *Hall. 583.*
Trifolium montanum *C. B. P. 328.*
Trifolium folio longiore flore albo *Riv. tetr.*
Trifolium capitulis terminatricibus, corollarum

vexillis ſubulatis, caule erecto, foliolis lanceolatis ſerratis *Linn. Fl. Suec. 611.*

